







SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
LVX
FIAT
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS



NUEVO MÉTODO

TEÓRICO-PRÁCTICO PARA APRENDER

LA LENGUA LATINA

POR


D. JULIO CEJADOR Y FRAUCA

SEGUNDO CURSO

Libro de clase



PALENCIA.—1908.
Imp. y lib. de Gutiérrez, Liter y Herrero,
Cestilla, 6.



NUEVO MÉTODO

TEÓRICO-PRÁCTICO PARA APRENDER

LA LENGUA LATINA

POR

D. JULIO CEJADOR Y FRAUCA

SEGUNDO CURSO

Libro de clase



PALENCIA.—1908.
Imp. y lib. de Gutiérrez, Liter y Herrero,
Cestilla, 6.

SINTAXIS

1.ª PARTE.—PROPOSICIÓN SIMPLE

La Sintaxis trata de la proposición, ó sea de la expresión de un pensamiento. Proposición sencilla, si el pensamiento se ciñe á un solo juicio; compuesta, si abarca dos ó más juicios formando un todo lógico. Tanto la proposición como el juicio encierran dos términos esenciales: sujeto, ó aquello de lo cual se dice algo; predicado, ó lo que se dice del sujeto.

Juzgar que el predicado conviene al sujeto es formar el juicio mental; expresar esa conveniencia oralmente, es decir una proposición sencilla, expresar un pensamiento sencillo. *Rosa floret: rosa* es el sujeto, *floret* el predicado; *homo mortalis est: homo* sujeto, *mortalis est* predicado.

El predicado es simple, si se expresa por una sola palabra, que tiene que ser un verbo, como en el primer ejemplo; compuesto, si ha menester dos ó mas, como en el segundo. Cuando es simple, la desinencia personal del verbo es el mismo sujeto; el tema verbal expresa la idea del predicado. Cuando es compuesto, además de un verbo, va otro elemento, que se llama *predicativo,* por ser parte del predicado, como *mortalis.*

I.—El sujeto.

Lleva consigo un concepto sustantivo, de entidad, por lo que puede expresarse por un nombre ó demostrativo, ó por un numeral, adjetivo, participio, infinitivo, etc., tomados como una entidad: *Rosa* floret. *Ego* scribo, *tu* legis, *ille* pingit. *Tres* venerunt. *Probi* laudantur, *improbi* vituperantur. *Sapientes* beati sunt. Non cadit *invidere* in sapientem. Dulce et decorum est *pro patria mori*. Verum est *amicitiam nisi inter bonos esse non posse*. Omnibus bonis expedit *salvam esse rempublicam*. Semper est honestum *virum bonum esse*, semper utile. Quam longe est *cras istud?* Plus proficit, *si proponitur spes utilitatis futurae, quam praeteriti beneficii commemoratio*. Incertum est, *quam longa nostrum cuiusque vita futura sit*.

***

C. CRISPI SALLUSTII DE CONIURATIONE CATILINAE HISTORIA

I. Omnis homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant, veluti pecora, quae natura prona atque ventri obedientia finxit. Sed nostra omnis vis in animo et corpore sita est: animi imperio, cor-

poris servitio magis utimur; alterum nobis cum diis, alterum cum belluis commune est. Quo mihi rectius videtur, ingenii, quam virium opibus gloriam quaerere, et, quoniam vita ipsa, qua fruimur, brevis est, memoriam nostri quam maxume longam efficere. Nam divitiarum et formae gloria fluxa atque fragilis est; virtus clara aeternaque habetur.

Sed diu magnum inter mortalis certamen fuit, vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. Nam et, prius quam incipias, consulto, et, ubi consulueris, mature facto opus est. Ita utrumque per se indigens, alterum alterius auxilio eget.

Ejercicio: Sujetos de este párrafo.

2

Se omite el sujeto:

1. Cuando siendo un personal, no ha menester especial ahinco, como en castelleno: *scribo, legis, i.*

2. Con verbo impersonal: *tonat, pluit, fulgurat.* A veces por sujeto van *Iuppiter, caelum, dies,* y los tres significan la atmósfera. *Caelum tonat* omne. Horrificis iuxta *tonat Aetna* ruinis. Veiis de caelo *lapidaverat. Ninguntque* rosarum floribus. *Dies lucescit.* Omme crede *diem* tibi *diluxisse* supremum.

3. Con impersonal de sentimiento, *miseret, paenitet, piget, pudet, taedet me alicuius rei.* El sujeto hállase encerrado en la idea radical del verbo, equivaliendo á: quoniam ipsos belli culpa sua contracti *taedium ceperit.*

4. Igualmente lo encierra en sí el radical del verbo pasivo en 3.ª p. como impersonal ó unipersonal: Proinde ut diu *vivitur,* bene *vivitur.* Dum ab illo *rediri posset.* Asi *vivitur* equivale á *vita vivitur, pugnatur* á *pugna pugnatur.*

5. Con verbo unipersonal el sujeto son las gentes, que se omite: *dicunt, ferunt, aiunt, inquit.* Nondum gustaverat, *inquit,* vitae suavitatem.

6. *Quis* en oración subordinada: Neque vero mihi quicquam praestabilius videtur, quam posse dicendo tenere hominum coetus, mentes allicere, voluntates impellere, quo *velit;* unde autem *velit,* deducere.

***

II. Igitur initio reges (nam in terris nomen imperii id primum fuit) diversi, pars ingenium, alii corpus exercebant. Etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur; sua cuique satis placebant. Postea vero quam in Asia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii et Athenienses coepere urbes atque nationes subigere, lubidinem dominandi caussam belli habere, maxuman gloriam in maxumo imperio putare: tum demum periculo atque negotiis compertum est, in bello plurimum ingenium posse.

Quodsi regum atque imperatorum animi virtus in pace ita, uti in bello, valeret, aequabilius atque constantius sese res humanae haberent, neque aliud alio ferri, neque mutari ac misceri omnia cerneres. Nam imperium facile his artibus retinetur, quibus initio partum est. Verum ubi pro labore desidia, pro continentia et aequitate lubido atque superbia invasere, fortuna simul cum moribus immutatur. Ita impe-

rium semper ad optumum quemque a minus bono transfertur.

Quae homines arant, navigant, aedificant, virtuti omnia parent. Sed multi mortales, dediti ventri atque somno, indocti incultique vitam, sicuti peregrinantes, transiere: quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. Eorum ego vitam mortemque iuxta aestumo, quoniam de utraque siletur. Verum enimvero is demum mihi vivere atque frui anima videtur, qui, aliquo negotio intentus, praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit.

Ejercicio: Sujetos tácitos de los dos primeros párrafos.

3

II.—El Predicado.

Verbos auxiliares

Siendo en Lógica la cópula ó la conveniencia que la mente vé entre el predicado y el sujeto el verbo *esse,* creíase antes que éste era el predicado; pero fuera de esta especulación filosófica, en el habla esa conveniencia está encerrada en todo verbo por el hecho de formarse éste por la combinación del radical, que expresa el predicado, con la desinencia personal, que expresa el sujeto; y todo verbo, incluso *esse* con el complemento predicativo, cuando lo hay, es la expresión del predicado. En *omnes homines moriuntur* el predicado es sencillo; en *omnes homines mortales*

sunt ó *mortales nascuntur,* está compuesto de los auxiliares *sunt, nascuntur* y del adjetivo predicativo *mortales.* El término predicativo es completivo del verbo, formando con él un predicado analítico; no se refiere al sujeto inmediatamente, sino mediante el verbo. Por lo cual no solo puede estar en nominativo concordando con el sujeto, sino en cualquier caso. Refiriéndose, mediante el verbo, al objeto de éste, en acusativo: Romani Ciceronem *consulem* crearunt. Refiriéndose al sujeto, en genitivo: Vir bonus *summae pietatis* erga deos *est*, ó dígase maxime *pius est*, en ablativo: Cato in omnibus rebus *singulari fuit prudentia,* ó sea *longe prudentissimus fuit.* Con dativo: haec res tibi *laudi est*, ó *laudabilis*. Con *pro* y ablativo, *loco* y genitivo: Cato ille noster, qui mihi unus *est pro centum millibus*. A maioribus nostris acepimus praetorem quaestori suo *parentis loco esse* oportere.

En todos estos casos el verbo se llama *auxiliar*, conforme á la teoría filosófica, antes declarada; aunque de suyo es el verdadero predicado, al cual completan los términos predicativos. El verbo *esse* es el más abstracto y por consiguiente el auxiliar por excelencia, pero dista mucho de la idea abstractísima de la cópula lógica. Significa existir, vivir, hallarse, haberse, estar, andar, y como los demás verbos concretos, puede llevar un adverbio ú otro complemento circunstancial de lugar, tiempo, causa, modo. Ut *tuto sim.* Effecit, ut ubivis *tutius* quam in meo regno *essem.* Cum in convivio *comiter et iucunde fuisses.* Ut, qui... pronuntiavit,... *impune sit. Rectissime sunt* apud te omnia.

*
* *

III. Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit. Pulchrum est, bene facere reipublicae: etiam bene dicere haud absurdum est. Vel pace vel bello clarum fieri licet. Et qui fecere, et qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur, res gestas scribere: primum, quod facta dictis exaequanda sunt, dehinc, quia plerique, quae delicta reprehenderis, malevolentia et invidia dicta putant: ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit; supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit.

Sed ego adulescentulus initio, sicuti plerique, a studio ad rempublicam latus sum; ibique mihi multa adversa fuere. Nam pro pudore, pro abstinentia, pro virtute audacia, largitio, avaritia vigebant. Quae tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium, tamen inter tanta vitia imbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur; ac me, cum ab reliquiis malis moribus dissentirem, nihilo minus honoris cupido eadem quae ceteros, fama, atque invidia vexabat.

Ejercicio: Verbos auxiliares de los tres párrafos anteriores y su complemento predicativo.

4

Elipsis del verbo *esse*

Sobre todo en el presente indicativo, que no oscurece á la frase, omítese á menudo:

1. En sentencias y refranes. *Quot homines, tot sententiae. Omnia praeclara rara. Ex quo illud: Summum ius summa iniuria factum est tam tritum sermone proverbium.*

2. En expresiones sucintas parecidas. *Praeclarum igitur illud Platonis. Nihil enim laudabilius, nihil magno et praeclaro viro dignius placabilitate atque clementia. Sed nihil, quod crudele, utile. Hinc illae lacrimae nimirum. Fugit e proelio cum Pompeio—grave tempus,—discessit ab eo—luctuosa res.—Caesarem eodem tempore hostem et hospitem vidit—quid hoc tristius?*

3. En pinturas trazadas con viveza. *(Nostra res publica) Cannensi calamitate accepta, maiores animos habuit quam unquam rebus secundis. Nulla timoris significatio, nulla mentio pacis. Messala minor natu quam nos, nullo modo inops, sed non nimis ornatus genere verborum, prudens, acutus, minime incautus patronus, in causis cognoscendis componendisque diligens, magni laboris, multae operae, multarumque causarum.*

4. En transiciones muy corridas ó interrogaciones animadas. *Sed haec vetera; illud vero recens, Caesarem meo consilio interfectum. Quid dulcius quam habere, quicum omnia audeas loqui? Unde igitur ista suspicio vel potius unde iste sermo?*

5. **En oraciones condicionales y de conclusión.** *Cur hostis Spartacus, si tu civis? Si illud hoc; non autem hoc; igitur ne illud quidem. Si ille non hostis, hos, qui consulem reliquerunt, hostes necesse est iudicemus. Ergo et ii, quibus evenit iam, ut morerentur, et ii, quibus eventurum est, miseri,... nemo ergo non miser.*

6. **En la interrogación indirecta.** *Quaero, cur Alexandro tam illustre somnium. Esse* con verbos sentiendi, declarandi: *Spondeo. EP. Quid? TH. Me accepturum. Ego non commemini, antequam sum natus, me miserum.*

***

IV. Igitur ubi animus ex multis miseriis atque periculis requievit, et mihi reliquam aetatem a republica procul habendam decrevi: non fuit consilium, socordia atque desidia bonum otium conterere, neque vero agrum colendo aut venando, servilibus officiis intentum, aetatem agere, sed, a quo incepto studioque me ambitio mala detinuerat, eodem regressus, statui res gestas populi Romani carptim, ut quaeque memoria digna videbantur, perscribere: eo magis, quod mihi a spe, metu, partibus reipublicae animus liber erat.

Igitur de Catilinae coniuratione, quam verissume potero, paucis absolvam. Nam id facinus in primis ego memorabile existumo, sceleris atque periculi novitate. De cuius hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.

Ejercicio: Sujetos que llevan tácito el auxiliar en los cuatro párrafos anteriores.

5

Los demás verbos auxiliares

1. Los que indican ser algo más concretamente que *esse*, como *fio, efficior, evado, exorior, exsisto, nascor, sistor:* (Caesar) *fit* ab Ubiis certior Suevos omnes in unum locum copias cogere. In qua (vita) sapiens nemo *efficietur* unquam. C. Bellienus, homo per se magnus, simili ratione prope summus *evaserat.* Repente anuli beneficio rex *exortus est.* Nemo *nascitur* dives.

2. Los verbos que significan venir á ser, ser hecho, elegido, nombrado, como *fio, efficior, creor, declaror, dicor, renuntior, designor, legor, eligor, capior, sufficior.* Consules *declarantur* M. Tullius et C. Antonius. Accepto senatus consulto, uti... Camillus dictator extemplo *diceretur.* Princeps in senatu tertium *lectus* (est) P. Scipio Africanus.

3. El verbo *maneo.* Aliter amicitiae stabiles *permanere* non possunt.

4. *Videor, appareo.* Iterum mihi gnatus *videor*, quod te repperi. Rebus angustis animosus atque fortis *appare.*

5. Los verbos que indican ser llamado, *appellor, nominor, vocor, dicor, feror, usurpor, audio.* Omnes rectae animi affectiones virtutes *appellantur.* Qui erant cum Aristotele, Pripatetici *dicti sunt,* quia disputabant inambulantes in Lycio. De amicitia alio libro dictum est, qui *inscribitur* Laelius. Ipse subtilis veterum iudex et callidus *audis.*

6. Los verbos que significan tener por, ser tenido

ó conocido por, *putor, existimor, credor, censeor, ducor, iudicor, habeor, numeror, cognoscor, invenior, reperior*. Athenis tenue caelum, ex quo etiam acutiores *putantur* Attici. Is (Socrates), qui *esset* omnium sapientissimus Apollinio oraculo *iudicatus*. Themistocles, quom in epulis recusaret lyram, *est habitus* indoctior. (Homines) facilius in timore benigni, quam in victoria grati *reperiuntur*.

***

V. Lucius Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere, ibique iuventutem suam exercuit. Corpus patiens inediae, algoris, vigiliae, supra quam cuiquam credibile est. Animus audax, subdolus, varius, cuius rei libet simulator ac dissimulator; alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus: satis eloquentiae, sapientiae parum: vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc post dominationem Lucii Sullae lubido maxuma invaserat reipublicae capiundae: neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quidquam pensi habebat. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum; quae utraque his artibus auxerat, quas supra memoravi. Incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos pessuma ac diversa inter se mala, luxuria atque avaritia, vexabant.

Res ipsa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit, supra repetere, ac paucis

instituta maiorum domi militiaeque, quomodo rempublicam habuerint, quantamque reliquerint, ut paullatim immutata, ex pulcherruma pessuma ac flagitiosissuma facta sit, disserere.

Ejercicio: Verbos auxiliares de los párrafos 4 y 5.

6

III.—La Concordancia.

1. Regla general, cuando el sujeto es un solo nombre. Concuerda con él el predicado en número y persona, y los términos predicativos en género, número y caso. Esta concordancia se extiende á los términos atributivos, pues son como predicados anteriores, que lo fueron otro tiempo al formar por primera vez el juicio del cual salió la atribución actual sin proposición ó verbo expreso. Ego scribo, tu scribis, ille scribit. Rosa floret y rosa florens. Rosae florent y rosae florentes. Amicus certus in re incerta cernitur. Hic hortus, haec rosa, hoc ovum. Ego bonus sum, ego bona sum, nos boni sumus. Stilus optimus et praestantissimus dicendi effector et magister. Mundi natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur, consultrix et provida utilitatum opportunitatumque omnium.

Nótese: omnia (sujeto) pontus erant. Ossa lapis (predicado) fiunt. Praecipuum robur octo legiones erant. Sanguis (pred.) erant lacrimae (suj.). Pero si el sujeto es singular y el predicado plural: Dos... est decem talenta. Omnia (pred.) Caesar (suj.) erat.

Excepciones aparentes. Constructio ad sententiam: El predicado no se atiene á la forma gramatical del sujeto, sino á su valor ideal. Así los colectivos singulares, *pars, vis, multitudo, iuventus, nobilitas, plebs, classis*, y algunos nombres de ciudad, pueden llevar plural y el género de las personas, y lo mismo *quis, quisque, quisquam, uter, uterque, nemo, nullus, alius. Uterque sumus defessi* quaerere. Sed quid hic *tantum* hominum *incedunt?* Ut... hoc idem *generi humano* evenerit, quod in terra... *collocati sunt. Quotusquisque* est, qui sequatur, qui... cupiat, qui... putet, quom illam viam sibi *videant* expeditiorem ad honores et ad omnia, quae *concupiverunt?* Orgetorix *civitati* persuasit, ut de finibus suis *exirent.* Domitius *Massiliam* pervenit atque ab *iis* receptus urbi praeficitur. Clamor inde concursusque *populi, mirantium,* quod rei esset. Equorum *pars* magna *nantes* loris a puppibus *trahebantur. Pars stupet...* et molem *mirantur. Iuventus... ruit, certantque* illudere capto.

Nombre singular con relativo plural, que se refiere no á un individuo, sino á la especie. In hominum universum genus, quod accepimus de *Timone, qui* misanthropoi *appellantur* (cuius generis *homines). Peripateticus* fuisset, permansisset, credo, in sententia, *qui* dolorem *dicunt* malum esse. Unus ex eo *numero, qui* ad caedem *parati erant.*

2. Regla general, cuando el sujeto está formado de varios sustantivos.

a) Si se considera el sujeto como una multitud, el predicado va en plural: Aetas, metus, magister *prohibebant.*

Cuanto al género del adjetivo ó participio predicativos, tratándose de personas, vence el masculino al

femenino y éste al neutro: Castor et Pollux ex equis pugnare *visi sunt*. Cerere *nati nominati sunt* Liber et Libera. Tratándose de cosas del mismo género, puede ir en plural del mismo género, ó en plural neutro; lo segundo, no cuando las cosas son masculinas; con cosas de género distinto, va en neutro plural: *Misericordia* in eo et *perfidia* pari iure *dilectae erant*. Ni *virtus fidesque* vestra *spectata* mihi *forent*. *Murus* et *porta* de caelo *tacta sunt*. Tratándose de cosas y personas á la vez, va en plural concertando en el género con la persona ó la cosa, según sea una ú otra el concepto principal; ó tomándose como cosas, vá en neutro plural: Domus, uxor, *liberi inventi sunt*. *Ipsi milites* atque signa militaria *obscurati*. Patres decrevere legatos *sortesque* oraculi Pythici *exspectandas esse*. *Inimica* inter se esse liberam civitatem et regem.

b) Si se considera el sujeto como un todo, ó se considera cada sujeto de por sí, el predicado va en singular: Mens et ratio, et consilium in senibus *est*. Cum tempus necessitasque *postulat*. *Dixit* hoc apud vos Zosippus et Ismenias, homines nobilissimi.

***

VI. Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani, qui, Aenea duce profugi, sedibus incertis vagabantur: cumque his Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum. Hi, postquam in una moenia convenere, dispari genere, dissimili lingua, alius alio more viventes, incredibile memoratu est quam facile coaluerint. Sed postquam res eorum, civibus, moribus, agris aucta, satis prospera satis-

que pollens videbatur, sicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta est. Igitur reges populique finitumi bello tentare: pauci ex amicis auxilio esse; nam ceteri, metu perculsi, a periculis aberant. At Romani, domi militiaeque intenti, festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obviam ire, libertatem, patriam, parentesque armis tegere. Post, ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant, magisque dandis, quam accipiundis beneficiis amicitias parabant. Imperium legitimum, nomen imperii regium habebant. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, reipublicae consultabant; hi vel aetate, vel curae similitudine, patres appellabantur. Post, ubi regium imperium, quod initio conservandae libertatis atque augendae reipublicae fuerat, in superbiam dominationemque convertit, immutato more, annua imperia binosque imperatores sibi fecere. Eo modo minume posse putabant per licentiam insolescere animum humanum.

Ejercicio: Dígase por qué concuerdan como están los verbos y adjetivos de los párrafos 5 y 6.

7

IV.—Complementos intrínsecos del predicado

Llamo así á los complementos que forman *una sola dicción* con el predicado, en oposición á los extrínsecos, que forman dicción aparte; los intrínsecos

son *las voces, los modos, los tiempos,* que todos van embebidos en el verbo.

1.—Las voces verbales

Expresan la manera de haberse el predicado verbal respecto del sujeto.

1. Verbo *activo* es, cuando expresa una acción del sujeto, el cual, por lo mismo es agente. Es *intransitivo,* si la acción se ciñe al sujeto, como rosa floret, puer scribit, ó queda completada con un objeto (no directo) expuesto por un caso ó por preposición y caso, como memini mortis, faveo tibi, gaudeo adventu amici, eo in urbem. Es *transitivo,* si la acción del sujeto pasa á un objeto directo, el cual se indica por el acusativo, como laudo puerum, scribo epistulam.

2. Verbo *pasivo* es, cuando expresa una acción recibida por el sujeto, como puer laudatur, epistola scribitur.

El perfecto activo no tiene participio; pero bastantes activos intransitivos tienen en el participio pasivo el valor de participio no pasivo, sinó simplemente pasado, como en castellano comido, bebido, así pransus, cenatus, potus, iuratus, consultus, adultus, quietus, tacitus, praeteritus, subitus, initus, obitus, placitus, occasus, processus, etc.: Cum iam *cenatus* esset.

Pasiva enteramente solo tienen los verbos transitivos, y para su construcción el acusativo ú objeto se convierte en nominativo ó sujeto, expresándose el ágente por el ablativo con *ab, a:* pater filium amat, filius a patre amatur.

Los intransitivos solo admiten una pasiva imper-

sonal, en la 3.ª persona: vivitur, vivebatur. El objeto sigue sin mudarse: paretur legibus, pugnatur pro patria, de victoria desperatur; el nominativo pónese en ablativo con *a, ab:* a bonis civibus paretur legibus. Por grecismo, á modo de voz media ó reflexiva, se usó el intransitivo como pasivo en poesía y en la prosa decadente: *invideor, interdicor* aliqua re, que en Cicerón se dice: aqua et igni nobis *interdicatur*. También como en griego, los verbos que llevan dativo de persona y acusativo de cosa, convierten en la pasiva el dativo en nominativo, permaneciendo el acusativo: concedo, permitto, praecipio, pronuntio alicui aliquid. Así: Fatis nunquam concessa moveri, apparet Camarina.

El gerundio regularmente solo se forma de los transitivos, como navis gubernanda est; pero á veces se halla de intransitivos con dativo ó ablativo: Beata vita glorianda et praedicanda est.

El verbo pasivo conserva su etimológico valor reflexivo de tres maneras: *a)* Teniendo valor reflexivo y pasivo á la vez: pares vetere proverbio cum paribus congregantur, y milites a duce congregantur. *b)* Teniendo solo valor reflexivo, y entonces no admiten forma activa: solo los llamados *deponentes,* que en forma pasiva deponen el valor pasivo y tienen valor activo, mejor dicho el reflexivo primitivo. Pero se distinguen de los pasivos en que, como los activos, tienen participio de presente y de futuro, gerundio y supino: potior, potiens, potiturus, potiendum est, potitum, potitu. *c)* Entre los pasivos y los deponentes están aquéllos pasivos, que como los deponentes tienen participio de presente y gerundio; pueden llamarse *deponenciales pasivos:* de *veho* tenemos la pasiva *vehor:* 1) con valor pasivo, stercus in scirpea vehitur, 2) con valor

reflexivo, equus in quo vehebar, 3) como deponencial pasivo, in equo vehens, in transvehendo.

El valor reflexivo, además de expresarse por la pasiva reflexiva, *mutor*, y la activa intransitiva, *muto*, puede llevar el acusativo personal, *me muto*.

***

VII. Sed ea tempestate coepere se quisque magis extollere, magisque ingenium in promptu habere. Nam regibus boni, quam mali, suspectiores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est. Sed civitas, incredibile memoratu est, adepta libertate, quantum brevi creverit: tanta cupido gloriae incesserat. Iam primum iuventus, simul ac belli patiens erat, in castris laboris usu militiam discebat: magisque in decoris armis et militaribus equis, quam in scortis atque conviviis, lubidinem habebant. Igitur talibus viris non labos insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus: virtus omnia domuerat. Sed gloriae maxumum certamen inter ipsos erat: sic se quisque hostem ferire, murum adscendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat: eas divitias, eam bonam famam magnamque nobilitatem putabant: laudis avidi, pecuniae liberales erant: gloriam ingentem, divitias honestas volebant. Memorare possem, quibus in locis maxumas hostium copias populus Romanus parva manu fuderit, quas urbes, natura munitas, pugnando coeperit, ni ea res longius nos ab incepto traheret.

Ejercicio: Dígase la voz en que están los verbos de los párrafos 6 y 7.

8

2.—Los tiempos Verbales

Presente

Incompleto: *Praesens*: *rego, regam.*
Completo: *Perfectum: rexi, rexerim.*

Pasado

Incompleto: *Imperfectum: regebam, regerem.*
Completo: *Pluscuamperfectum rexeram rexissem.*

Futuro

Incompleto: *Futurum: regam, recturus sim.*
Completo: *Futurum exactum: rexero, futurum sit ut rexerim.*

Incompleto significa que la acción dura respecto del presente, pasado ó futuro; *completo,* que se cumplió del todo y no dura para ese momento.

Principales, que indican presente ó futuro: Praesens, Perfectum, Futura, en Indicativo y Subjuntivo.

Históricos, que indican pasado: Imperfectum y Pluscuamperfectum en Indicativo; en Subjuntivo estos dos tiempos indican en parte lo pasado, en parte lo futuro.

Presente indicativo. Expresa el presente incompleto, y se usa también en las sentencias, verdades, costumbres y dichos de autores, por durar como presentes: Homo mortalis *est.* Dulce et decorum *est* pro patria mori. Ut magistratus leges, ita populo *praesunt* magistratus. Facile omnes cum *valemus,* recta consilia aegrotis *damus.*

Praesens historicum ó representativo, cuando el escritor se trasporta al pasado y habla en presente. Quem posteaquam *videt* non adesse, dolore ardere atque iracundia furere coepit. Triginta rectores rei publicae Atheniensis *constituuntur*, qui *fiunt* tyranni.

Imperfecto indicativo. Expresa el pasado incompleto, y tiene grande empleo en las circunstancias que en las descripciones acompañan al verbo principal pretérito: Cum haec *scribebam* in exspectatione *erant* omnia. Erat oppidum Alesia in colle, cuius radices duo flumina *subluebant.*

Perfecto indicativo. El *perfectum praesens* es incompleto; el *historicum,* completo, ambos respecto de lo pasado. Dicebat melius quam *scripsit* Hortensius (praes.): mejor de lo que *ha escrito.* Homerus *fuit* et Hesiodus ante Romam conditam (hist.): existió. *Fuimus* Troes, *fuit* Ilio (pres.)

Algunos perfectos (pres.) tienen valor de presente: *memini* recuerdo (puse en la mente y lo guardo), *novi* conozco (he aprendido), *constiti* tengo determinado, *consuevi* suelo (me acostumbré.)

El *infinitivus adumbrativus* es el de presente que se emplea en descripciones por el imperfecto y el presente representativo. Maxima vi certatur. Interea *Catilina* cum expeditis in prima acie *versari*, laborantibus *succurrere*, integros pro sauciis *arcessere*, omnia *providere*, multum ipse *pugnare*, saepe hostem *ferire.*

Plusquamperfecto indicativo. Expresa el pasado completo: Pyrrhi temporibus iam Apollo versus facere *desierat.*

Futuro, el simple, incompleto; el exacto, completo, para lo venidero: Res rustica sic est: si unam rem

sero *feceris* (compl.), omnia opera sero *facies* (incompl.)

En el estilo epistolar el escritor se pone con la imaginación en el tiempo de recibirse la carta, cual si fuera presente, de modo que para él el momento de escribir es un pasado: Unam adhuc a te epistulam *acceperam*. Pridie Idus Februarias haec *scripsi* ante lucem; eo die, quo haec *scribebam*, apud Pomponium in eius nuptiis *eram cenaturus* (hoy, cuando escribo, cenaré.)

***

VIII. Sed profecto fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex lubidine magis, quam ex vero, celebrat obscuratque. Atheniensium res gestae, sicuti ego existumo, satis amplae magnificaeque fuere; verum aliquanto minores tamen, quan fama feruntur. Sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maxumis celebrantur. Ita eorum, qui ea fecere, virtus tanta habetur, quantum verbis eam potuere extollere praeclara ingenia. At populo Romano nunquam ea copia fuit, quia prudentissumus quisque maxume negotiosus erat, ingenium nemo sine corpore exercebat, optumus quisque facere, quam dicere, sua ab aliis bene facta laudari, quam ipse aliorum narrare, malebat.

Ejercicio 1. Tráiganse todos los verbos de los párrafos 7 y 8, que están en tiempos completos.

2. Idem los que están en tiempos incompletos.

9

3.—Los modos verbales

Sirven para expresar el modo que tiene de concebir el predicado el que habla. Cuando se expresa un juicio como algo real y objetivo, por lo menos para el que lo enuncia, se emplea el indicativo, que es por lo mismo el modo de la realidad objetiva. Cuando se expresa un juicio como algo que no es, por lo menos para el que habla, real y objetivo, sino que se refiere al campo ideal de los posibles ó de lo que se imagina ó desea, ó de lo que no se tiene certeza de que realmente exista, se emplea el subjuntivo, que es por lo mismo el modo de la representación subjetiva. Así declarados estos dos vocablos, podemos decir que el indicativo expresa un juicio objetivo, y un juicio subjetivo el subjuntivo. Pudiera acaecer que lo que concibe uno como real y objetivo no lo fuera y se engañara; ó que lo solamente imaginado ó deseado tuviera, sin saberlo él, realidad y sucediese de hecho. Pero el lenguaje no expresa la pura objetividad de las cosas, sino la subjetiva concepción que de ellas se tiene. El imperativo es el modo del simple mandato.

Un mismo juicio puede expresarse con el indicativo y con el subjuntivo. Hoy decimos: Y no son tan pocos que *no pasen* de 60.000 pesos. Cervantes escribió: Y no son tan pocos que *no pasan* de 60.000 pesos. Es que Cervantes lo daba como cosa real y cierta; nosotros al decir *que no pasen* damos á entender la posibilidad de que pasen: afirmamos que pasan, pero con cierta modestia, que nos hace mezclar la afirmación con ese matiz de duda. Dice también

Cervantes: ¡Ay Dios, si será posible que *he ya hallado*. Nosotros: ¡Ay Dios, si será posible que *haya hallado ya*. Cervantes mira más al hecho de haber hallado, como cierto: nosotros nos detenemos en la posibilidad, no dando crédito á nuestros ojos. En cambio Cervantes dice: Sinó por el Dios que nos rige, que *os concluya y aniquile;* nosotros que *os concluyo y aniquilo*. Por que Cervantes se detiene más en la amenaza, y nosotros con mayor brio lo damos por hecho. Por este estilo los latinos menudeaban más que nosotros el subjuntivo, mirando por delicadeza más á lo que la mente pone de su parte, que al hecho real.

Un caso en que el latín prefiere el indicativo y nosotros subjuntivo es cuando hay frase indefinida. Quoquo modo se res *habet*, culpa vacare mihi non videris. Como quiera que ello *fuere*, te creo sin culpa.

Subiunctivus optativus, á veces *utinam*, negación *ne*, *utinam ne*. *Valeant, valeant* cives mei: *sint* incolumes, *sint* florentes, *sint*, beati: *stet* haec urbs praeclara mihique patria carissima: tranquilla re publica mei cives *perfruantur Utinam* modo conata efficere *possim*. *Ne sim* salvus, si aliter scribo ac sentio. Pace tua hoc *dixerim*. *Utinam* calliditatem hominibus dei *non dedissent*.

Subiunctivus hortativus, es un imperativo atenuado, que se emplea aconsejando y siempre que el imperativo no es propio, es decir afirmativo de 2.ª p.; negación *ne*. *Amemus* patriam, *pareamus* senatui. Donis impii *ne* placare *audeant* deos. *Ne contrahas* ac *demittas* animum. *Ne* quis tamquam parva *fastidiat* grammatices elementa. De me nihil *timueris*.

Subiunctivus dubitativus. Cum tempestate *pugnem* periculose potius quam illi *obtemperem* et *pare-*

am? Quid hoc homine *faciatis?* Huic homini *cedamus?* huius condiciones *audiamus?*

Subiunctivus potentialis. Hoc postulatum ridiculum esse *videatur* ei, qui rem sententiamque non respiciat. Quis non *admiretur* splendorem pulchritudinemque virtutis? Mori nemo sapiens miserum *dixerit.* Poterat autem impune: quis enim *redargueret?* Haud facile *decerneres*, utrum Hannibal imperatori an exercitui carior esset.

Subiunctivus concessivus. Ne sit sane summum malum dolor, malum certe est. *Fuerit* aliis: tibi quando esse coepit?

El imperativo en *to* es más fuerte y expresivo, y se emplea en las leyes y en aconsejar para lo venidero. Ad divos *adeunto* caste, pietatem *adhibento*, opes *amovento*. Illud *teneto*, nervos atque artus esse sapientiae non temere credere. Sicubi *nactus* eris, ut tibi videtur, *sepelito.*

Por el imperativo puede emplearse el futuro, cuando se aconseja con suavidad. Tu non *cessabis* et ea, quae habes instituta, *perpolies*, nosque *diliges.*

***

IX. Igitur domi militaeque boni mores colebantur; concordia maxuma, minuma avaritia erat: ius bonumque apud eos non legibus magis, quam natura, valebat. Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant: cives cum civibus de virtute certabant; in suppliciis deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, aequitate, seque rem-

que publicam curabant. Quarum rerum ego maxuma documenta haec habeo, quod in bello saepius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant, quique tardius, revocati, praelio excesserant, quam qui signa relinquere, aut pulsi loco cedere ausi erant: in pace vero quod beneficiis magis, quam metu, imperium agitabant, et, acepta iniuria, ignoscere, quam persequi malebant.

Ejercicio: Subjuntivos de los párrafos 6, 7, 8, y 9, añadiendo de qué clase es cada uno, si optativo, hortativo, etc.

10

V.—Complementos extrínsecos del predicado

Son los que completan accidentalmente y en dicción aparte el concepto del predicado, expresando sus diversas relaciones de espacio, tiempo, causa y modo.

Estos complementos son: 1) los casos de la declinación, 2) las preposiciones con los casos, 3) los adverbios.

De las preposiciones se trató en el primer curso; los adverbios se van estudiando prácticamente.

Nominativo

El Nominativo es el caso del sujeto y de su complemento predicativo: *Somnus* est *imago* mortis. *Nemo* fit casu *bonus*. Mihi videtur *acerba* semper et *imma-*

tura mors eorum, qui immortale aliquid parant. *Alexander Magnus* in rebus dubiis apparebat *sapientissimus*. *Sapiens beatus* iudicatur.

Usase á veces por el vocativo: Audi, *Iupiter*, audi *tu, populus Albanus*. Y en las exclamaciones: O conservandus *civis*.

Vocativo

El vocativo sirve para llamar. Quousque tandem abutere, *Catilina*, patientia nostra? Puede llevar patéticamente *o*: *O dii boni*, quid est in hominis vita diu? El vocativo va generalmente intercalado en la frase, como la interjección.



X. Sed ubi labore atque iustitia respublica crevit, reges magni bello domiti, nationes ferae et populi ingentes vi subacti, Carthago, aemula imperii Romani, ab stirpe interiit, cuncta maria terraeque patebant: saevire fortuna ac miscere omnia coepit. Qui labores, pericula, dubias atque asperas res facile toleraverant, his otium, divitiae, optandae aliis, oneri miseriaeque fuere. Igitur primo pecuniae, deinde imperii cupido crevit: ea quasi materies omnium malorum fuere. Namque avaritia fidem, probitatem, ceterasque artes bonas subvertit; pro his superbiam, crudelitatem, deos neglegere, omnia venalia habere edocuit. Ambitio multos mortalis falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere; amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestumare; magisque vultum, quam ingenium bonum habere. Haec pri-

mo paullatim crescere, interdum vindicari: post, ubi contagio, quasi pestilentia, invasit, civitas immutata, imperium ex iustissumo atque optumo crudele intolerandumque factum.

Ejercicio: Nominativos que hacen de complemento predicativo en los párrafos 6, 7, 8, 9, y 10.

11

Acusativo

El acusativo es el caso del objeto y de su complemento predicativo. Llevan este complemento los verbos de *hacer* y *señalar*, los de *nombrar*, los de *juzgar*, los de *conocer*, los de *mostrarse*. Poeni Hamilcarem *imperatorem* fecerunt. Homines *caecos* reddit cupiditas et avaritia. Ciceronem universus populus adversus Catilinam *consulem* declaravit. Plato *escam* malorum appellat voluptatem. Senatus Antonium *hostem* patriae iudicavit. Quod rectum et honestum est, id solum opinor *bonum*. Sapientia *certissimam* se nobis ducem praebet ad voluptatem.

Objeto externo es el término del verbo transitivo. Miles *bellum* optat, si *gloriam* optat.

Son transitivos en latín:

1) *i uvo, deficio, fugio, imitor, sequor, (*no *obsequor), aequo, adulor, aemulor, comitor*. *Fortes* fortuna adiuvat. *Bonos* nunquam honestus sermo deficiet. *Superbiam arrogantiamque* fugite. Nulla res imitari naturae *sollertiam* potes. Gloria *virtutem* tamquam umbra sequitur.

2) *Decet, dedecet* con sujeto infinitivo ó neutro; *miseret, poenitet, piget, pudet, taedet* con genitivo de cosa. *Oratorem* irasci minime decet, simulare non decet. *Parvum* parva decent. *Me* piget stultitiae meae. Geminat peccatum, *quem* delicti non pudet. Nunquam primi consilii *deum* paenitet. *Miseros* saepe taedet vitae. Eorum *nos* magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant.

3) Muchos intransitivos de movimiento, con preposición se hacen transitivos. *Spartam* Eurotas amnis circumfluit. Murmur a tribunali *totam contionem* pervasit.

4) Lo mismo muchos intransitivos de sentimiento: Despero *pacem*. Horreo *conscientiam*. *Privatam fortunam* lugebant.

El acusativo exclamativo indica, sin pender de verbo, el objeto del sentimiento. O fallacem hominum *spem* fragilemque *fortunam* et inanes nostras *contentiones!*

Objeto interno, con transitivos ó intransitivos, es:

1) Un sustantivo de la raiz del verbo: *iusiurandum* iurare, *somnium* somniare, *cursum* currere.

2) Un sustantivo de la misma idea ó parecida y completiva de la del verbo: *aetatem* vivere, *praelia* pugnare, *viam* ire, *stadium* currere, *sanguinem* sitire, *foedus* ferire.

Doble acusativo tienen *doceo* aliquem *aliquid*, *celo*, *posco*, *flagito* (y aliquid ab aliquo), *rogo*, *interrogo* (y de aliqua re), *oro*. Fortuna belli *artem victos* quoque docet. *Multa nos* dedocet necessitas. Sapienter *nos* divina providentia *futura* celavit. *Pacem te* poscimus omnes. Responde ad hoc, *quod te* interrogo.

Iugurtha *Metellum* per legatos *pacem* oravit. En pasiva: L. Marcius omnes militiae *artes* edoctus erat. Non est *de illo* veneno celata mater. Id *ab eo* flagitabatur. Volturcius interrogatus *de litteris*.

Acusativo libre:

1) En poesía con verbo intransitivo ó adjetivo. Feminae Germanorum nudae *bracchia* et *lacertos* sunt.

2) De espacio. Antiochus fossam *sex cubita* altam, *duodecim* latam duxit. Caesar *milia* passuum *tria* ab Helvetiorum castris castra posuit.

3) De tiempo. Servius Tullius regnavit *annos quattuor et quadraginta*. Apius caecus *annos multos* fuit. Alcibiades *annos* circiter *quadraginta* natus diem obiit supremum.

4) De lugar á donde. Iugurtha *Thalam* pervenit. Laelius et Scipio *rus* ex urbe, tamquam e vinculis, evolabat. Reditus *Romam*. *Domum* reditio.

***

XI. Sed primo magis ambitio, quam avaritia, animos hominum exercebat: quod tamen vitium propius virtutem erat. Nam gloriam, honorem, imperium, bonus et ignavus aeque sibi exoptant: sed ille vera via nititur; huic quia bonae artes desunt, dolis atque fallaciis contendit. Avaritia pecuniae studium habet, quam nemo sapiens concupivit; ea, quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat: semper infinita, insatiabilis est; neque copia, neque inopia minuitur. Sed postquam L. Sulla, armis recepta republica, bonis initiis malos eventus habuit; rapere omnes, trahere, domum alius, alius

agros cupere: neque modum, neque modestiam victores habere, foeda crudeliaque in civibus facinora facere. Huc accedebat, quod L. Sulla exercitum, quem in Asia ductaverat, quo sibi fidum faceret, contra morem maiorum, luxuriose nimisque liberaliter habuerat; loca amoena, voluptaria, facile in otio feroces militum animos molliverant. Ibi primum insuevit exercitus populi Romani amare, potare; signa, tabulas pictas, vasa caelata mirari; ea privatim ac publice rapere; delubra spoliare; sacra profanaque omnia polluere. Igitur hi milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere. Quippe secundae res sapientium animos fatigant: nedum illi, corruptis moribus, victoriae temperarent.

Ejercicio: Acusativo de los párrafos 7, 8, 9, 10 y 11 añadiendo de qué clase es cada uno.

12

Dativo

El dativo es el caso del término indirecto, con verbo transitivo ó intransitivo. Facile omnes, cum valemus, recta consilia *aegrotis* damus. *M. Craso* signa ademerant Parthi. Philippus Aristotelem *Alexandro filio* doctorem accivit. Voluptas blanditur *sensibus nostris*. Qui *nulli turpitudini* servit.

Piden dativo:

1) *arrideo, benedico, convicior, incommodo, invideo, irascor, medeor, nubo, obtrecto, parco, persuadeo,*

studeo, succenseo, supplico. Notis familiariter arridemus. Venus nupsit *Volcano. Libertati* student. Aliorum *laudi* atque *gloriae* maxime invidere solet.

2) Muchos transitivos é intransitivos compuestos de las preposiciones *ad, ante, cum, in, inter, ob, post, prae, sub, super.* Natura *sensibus* rationem adiunxit. *Consiliis* interdum obstat fortuna. Succumbère *doloribus* miserum est. Fabius unus *exstinctae* ad Cremeram *genti* superfuit.

Dativo con adjetivo ó adverbio. Id *naturae* hominis est aptissimum. Romulus *multitudini* gratior fuit quam *patribus. Omni aetati* mors est communis.

Dativo de interés:

1) *Commodi, incommodi.* Non solum *nobis* divites esse volumus, sed *liberis, propinquis,* maximeque *rei publicae.* Domus *dominis* aedificata est, non *muribus.*

2) De poseedor con *esse.* Non idem semper *floribus* color est. Attus Clausus, cui postea *Appio Claudio* fuit nomen, Romam transfugit (por atracción); y: Samnites Maleventum, cui nunc urbi *Beneventum* nomen est, perfugerunt.

3) Dativo *ético* pronominal. Quid *tibi* vis? At *tibi* repente venit ad me Caninius. Hic *mihi* quisquam misericordiam nominat?

4) De agente, en pasiva, comunmente con el perfecto. *Mihi* consilium captum iam diu est. *Cui* non sunt auditae Demosthenis vigiliae?

Dativo final, con *esse, habere, fieri, dare, evertere, tribuere.* Virtutes hominibus *decori gloriaeque* sunt. Ampla domus *dedecori* domino fit, si est in ea solitudo. *Vitio* mihi dant, quod mortem hominis necessarii graviter fero.

***

XII. Postquam divitiae honori esse coepere, et eas gloria, imperium, potentia sequebatur: hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malevolentia duci coepit. Igitur ex divitiis iuventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere: rapere, consumere; sua parvi pendere, aliena cupere; pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiscua, nihil pensi neque moderati habere. Operae pretium est, cum domos atque villas cognoveris in urbium modum exaedificatas, visere templa deorum, quae nostri maiores, religiosissumi mortales, fecere. Verum illi delubra deorum pietate, domos suas gloria decorabant; neque victis quicquam, praeter iniuriae licentiam, eripiebant. At hi contra, ignavissumi homines, per summum scelus omnia ea sociis adimere, quae fortissumi viri victores hostibus reliquerant: proinde quasi iniuriam facere, id demum esset imperio uti.

Ejercicio: Dativos de los párrafos 7, 8, 9, 10, 11, 12, añadiendo de qué clase es cada uno.

13

Genitivo

El genitivo pende de un nombre, aun cuando va con verbo.

1. *Con sustantivo*, es de las siguientes clases:

Auctoris. Fabulae *Terentii.* Hasdrubal *Gisgonis* (filius).

Possessivus. Domus *Caesaris.*

Materiae. Glebae *picis.*

Partitivus. Con numeral: Nemo *mortalium* omnibus horis sapit. Multi *bonorum.*

Con superlativo: *Gallorum omnium* fortissimi sunt Belgae. Optimus *populi Romani* iudicatus est Scipio.

Quantitatis, adjetivos y pronombres neutros y algunos adverbios. Quantum *incrementi* Nilus capit, tantum *spei* in annum est. Minimum *fidei* fortuna habet. Quid *boni*, quid *novi?* Tibi *divitiarum* affatim est.

Generis, sustantivos de medida. Conon *pecuniae* quinquaginta talenta civibus suis donavit. *Stellarum* est maxima multitudo.

Subiectivus. Metus *hostium* (que tienen los enemigos/. Natura gignit *benevolentiae* caritatem. *Qui ostentationis* aut *quaestus* causa philosophabantur.

Obiectivus. Metus *hostium* (que se tiene de los enemigos). Innatus est nobis *cognitionis* amor et *scientiae.* En los personales: mei, tui, sui, nostri, vestri, ó noster, vester: amor *mei,* amor *noster.* Puede usarse *in*, *adversus*, *erga:* amor meus erga te.

Qualitatis. Como atributivo: Vir *excellentis ingenii*, Aristides exilio *decem annorum* multatus est. Como predicativo: Vir est *excellentis ingenii.* Titus *facilitatis eximiae* fuit. Critognatus *magnae* habitus est *auctoritatis.*

Causae. Damnatio *ambitus.*

Proprietatis. Fortuna *superiorum temporum.*

Explicativus. Vox *voluptatis.* Caesar praemia *rei pecuariae* magna tribuerat. Fines *montium.* Exitus *mortis.* Arbor *abietis.* Este genitivo está en vez de la aposición.

***

XIII. Nam quid ea memorem, quae nisi his qui videre, nemini credibilia sunt: a privatis compluribus subversos montes, maria constrata esse. Quibus mihi videntur ludibrio fuise divitiae; quippe, quas honeste habere licebat, abuti per turpitudinem properabant. Sed lubido stupri, ganeae ceterique cultus non minor incesserat: viri pati muliebria, mulieres pudicitiam in propatulo habere; vescendi caussa terra marique omnia exquirere; dormire prius, quam somni cupido esset; non famam, aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem opperiri, sed ea omnia luxu antecapere. Haec iuventutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant. Animus imbutus malis artibus haud facile lubidinibus carebat: eo profusius omnibus modis quaestui atque sumptui deditus erat.

Ejercicio: Genitivos dependientes de un sustantivo en los párrafos 9, 10, 11, 12, 13, añadiendo de qué clase es cada uno.

14

2. *Con adjetivo ó adverbio:*

Que indican llenar, faltar, materia. Gallia *frugum* et *vini* est fertilissima.

Que indican deseo, conocimiento, poder (obiectivus). Avida est *periculi* virtus. Themistocles peritissimos *belli navalis* fecit Athenienses. Certe omnes *virtutis* compotes beati sunt.

Que indican culpa (causae). Manifestum *mendacii te* teneo.

Que indican parte (partitivus) Solus homo ex tot animantium generibus *rationis* est particeps et *cogitationis*.

Muchos participios presentes de verbos transitivos. Germani semper appetentes *gloriae*.

Adverbios (partitivus). Ubi *terrarum*, nusquam *gentium*, eo *consuetudinis*, huc *arrogantiae*.

3. *Con verbo*:

Predicativo. Bello Gallico, praeter Capitolium atque arcem, omnia *hostium* erant. In insula domus est, quae *regis Hieronis* fuit. *Improbi hominis* est, mendatio fallere.

Objetivo, con verbos recordar, piget, etc. estimar, culpar. Catilina admonebat alium *egestatis*, alium *cupiditatis suae*, complures *periculi* aut *ignominiae*. Proprium est stultitiae, aliorum vitia cernere, oblivisci *suorum*. Mercator semper *magni* aestimat pecuniam. Merito te semper *maximi* feci. Cicero Verrem *avaritiae* insimulavit et *audaciae*.

Interest. Interest *omnium* recto facere. Quod *permagni* interest, pro necessario saepe habetur. *Refert* con el posesivo: *mea* refert.

***

XIV. In tanta itaque corrupta civitate Catilina, id quod factu facillumum erat, omnium flagitiorum atque facinorum circum se, tamquam stipatorum, catervas habebat. Nam quicumque impudicus, adulter, ganeo, manu, ventre, pene, bona patria laceraverat; quique alienum aes grande conflaverat,

quo flagitium aut facinus redimiret; praeterea omnes undique parricidae, sacrilegi, convicti iudiciis, aut pro factis iudicium timentes; ad hoc, quos manus atque lingua periurio aut sanguine civili alebat; postremo omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat: hi Catilinae proxumi familiaresque erant. Quodsi quis etiam a culpa vacuus in amicitiam eius inciderat, quotidiano usu atque illecebris facile par similisque ceteris efficiebatur. Sed maxume adulescentium familiaritates appetebat: eorum animi molles et aetate fluxi dolis haud difficulter capiebantur. Nam uti cuiusque studium ex aetate flagrabat, aliis scorta praebere, aliis canes atque equos mercari; postremo neque sumptui, neque modestiae suae parcere, dum illos obnoxios fidosque sibi faceret. Scio, fuisse nonnullos, qui ita existumarent, iuventutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum honeste pudicitiam habuisse; sed ex aliis rebus magis, quam quod cuiquam id compertum foret, haec fama valebat.

Ejercicio; Genitivos dependientes de adjetivo ó de verbo en los párrafos 11, 12, 13, 14, añadiendo de qué clase es cada uno.

15

Ablativo

Ablativo de extracción, de donde *(ab, de, ex)*. Dionysius Platonem *Athenis* arcessivit. Ventus arenam *humo* excitat. *Equo* delapsus est.

De separación. Bibulus sicuti *mari portibusque* Caesarem prohibebat, ita ipsa *omni terra* earum regionum prohibebatur. Timotheus Cyzicum *obsidione* liberavit.

De causa. Terra *sole* illustratur. Viri non est debilitari *dolore,* frangi, sucumbere. *Concordia* res parvae crescunt, *discordia* maximae dilabuntur. Mercurius *Iove* natus et *Maia.* Sunt in culpa qui officia deserunt *mollitia* animi. Amicitiae *caritate* et *amore* cernuntur. Omne id, *quo* gaudemus, voluptas est.

De instrumento y medida, distancia. Cornibus tauri, apri *dentibus, morsu* leones se tutantur. Id est cuiusque proprium, *quo* quisque fruitur atque utitur. Caritatem patriae non *sensu nostro,* sed *salute* ipsius metimur. Homines *quo* plura habent, *eo* ampliora cupiunt. Aesculapii templum *quinque milibus* passuum ab Epidauro distat.

De precio. Darius *mille talentis* percussorem Alexandri emere voluit. Hortos nunc emamus vel *magno;* mox nec *parvo* quidem poterimus. *Dignus* é *indignus:* Excellentium civium virtus *imitatione,* non *invidia* digna est.

De comparación. Arbor est altior *flore.* Ex Nestoris lingua *melle* dulcior fluebat oratio.

De limitación. Uri sunt *magnitudine* paulo infra elephantos.

De materia. Animo constamus et *corpore.* Germania *rivis fluminibusque* abundat. Deus *bonis omnibus* explevit mundum. *Libris* non *multis* opus est, sed *bonis;* ó *dux* nobis et *auctor* opus est.

De lugar, donde, por donde. Non *eodem* semper *loco* sol oritur atque occidit. De amicitia *illo libro*

dictum est. *Terra marique, dextra ac sinistra. Aurelia via* profectus est.

De tiempo. Augustus obiit *sexto* et *septuagesimo* aetatis *anno. Qua nocte* natus Alexander est, *eadem* Dianae Ephesiae templum deflagravit. Alexander *paucis annis* tota Asia potitus est. Numa Pompilius *annis permultis* ante fuit quam Pythagoras.

De modo. Quid est aliud gigantûm *modo* bellare cum dis, nisi naturae repugnare? Sapientissimus quisque *aequissimo animo* moritur, stultissimus *iniquissimo. Cum:* Recte vivere et honeste id est *cum virtute* vivere.

De calidad. Como atributivo: Caesar Valerium Procillum, *summa virtute et humanitate* adulescentem, ad Ariovistum misit. Como predicativo: Caesar excelsa fuit *statura, colore* candido, teretibus *membris, ore* paulo pleniore, nigris vegetisque *oculis, valetudine* prospera.

***

XV. Iam primum adulescens Catilina multa nefanda stupra fecerat cum virgine nobili, cum sacerdote Vestae; alia huiuscemodi contra ius fasque. Postremo, captus amore Aureliae Orestillae, cuius, praeter formam, nihil umquam bonus laudavit; quod ea nubere illi dubitabat, timens privignum adulta aetate; pro certo creditur, necato filio, vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Quae quidem res mihi in primis videtur caussa fuisse facinoris maturandi. Namque animus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam vexabat. Igitur co-

lor exsanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus; prorsus in facie vultuque vecordia inerat.

Ejercicio: Ablativos de los párrafos 11, 12, 13, 14, 15, añadiendo de qué clase es cada uno.

16

Locativo

Con nombres de ciudad de la 1.ª y 2.ª decl., de la 3.ª en *e;* con nombres de islas pequeñas, con *domi*, *militiae, ruri, humi, orbi terrae.* Talis *Romae* Fabricius, qualis Aristides *Athenis* fuit. *Corinthi* pueros docebat. Alexander *Babylone* mortuus est. Conon plurimum vixit *Cypri*, Timortheus *Lesbi.* Condiunt Aegyptii mortuos et *domi* servant. T. Quinctius *ruri* agere vitam procul ambitione ac foro constituit. Qui locus iam *orbi terrae* iam non erat alicui destinatus?



XVI. Sed iuventutem, quam, ut supra diximus, illexerat, multis modis mala facinora edocebat. Ex illis testes signatoresque falsos commodare; fidem, fortunas, pericula vilia habere; post, ubi eorum famam atque pudorem adtriverat, maiora alia imperabat: si caussa peccandi in praesens minus suppetebat, nihilo minus insontes, sicuti sontes, circumvenire, iugulare; scilicet, ne per otium torpescerent manus aut animus, gratuito potius malus atque crudelis erat. His amicis sociisque confisus Catilina, simul quod aes alienum per omnis terras ingens erat,

et quod plerique Sullani milites, largius suo usi, rapinarum et victoriae veteris memores, civile bellum exoptabant; opprimundae reipublicae consilium cepit. In Italia nullus exercitus; Cn. Pompeius in extremis terris bellum gerebat: ipsi consulatum petendi magna spes: senatus nihil sane intentus: tutae tranquillaeque res omnes; sed ea prorsus opportuna Catilinae.

Ejercicio: Locativos de los párrafos 10, 11, 12, 13, 14, y 15.

17

VI.—Complementos extrínsecos del sujeto y objeto

Son los *atributos* ó *complementos atributivos* de cualquier sustantivo de la proposición, del sujeto, del complemento predicativo, de los objetos directo é indirecto, etc. Puede ser:

1) Un adjetívo, participio ó numeral: rosa *pulchra*, rosa *florens*, *tres* viri.

2) Un genitivo: hortus *regis*, *illius*; ó un genitivo ó ablativo con adjetivo: homo *mitis ingenii*, ú homo *miti ingenio*.

3) Un sustantivo con preposición: otium *cum dignitate*, aditus *ad aliquem*, excessus *e vita*.

4) Un adverbio: omnes *circa* populi.

5) Un sustantivo en oposición: Romulus *rex*.

***

XVII. Igitur circiter Kalendas Iunias, L. Caesare et C. Figulo Consulibus, primo singulos appellare; hortari alios, alios tentare: opes suas, imparatam rempublicam, magna praemia coniurationis docere. Ubi satis explorata sunt, quae voluit, in unum omnis convocat, quibus maxuma necessitudo et plurimum audaciae inerat. Eo convenere Senatorii ordinis P. Lentulus Sura, P. Autronius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. et Servius Sullae, Servii filii, L. Vargunteius, Q. Annius, M. Porcius Laeca, L. Bestia, Q. Curius: praeterea ex equestri ordine M. Fulvius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius: ad hoc multi ex coloniis et municipiis, domi nobiles. Erant praeterea complures paulo occultius consilii huiusce participes nobiles, quos magis dominationis spes hortabatur, quam inopia aut alia necessitudo. Ceterum iuventus pleraque, sed maxume nobilium, Catilinae inceptis favebat; quibus in otio vel magnifice vel molliter vivere copia erat, incerta pro certis, bellum, quam pacem, malebant. Fuere item ea tempestate, qui crederent, M. Licinium Crassum non ignarum eius consilii fuisse; quia Cn. Pompeius, invisus ipsi, magnum exercitum ductabat, cuiusvis opes voluisse contra illius potentiam crescere; simul confisum, si coniuratio valuisset, facile apud illos se principem fore.

Ejercicio: 1. Adjetivos atributivos de los párrafos 15, 16.

2. Genitivos atributivos de los mismos.

3. Sustantivos con preposición atributivos de los mismos.

4. Adverbios atributivos de los mismos.

5. Sustantivos en oposición de los mismos.

18

2.ª PARTE.—PROPOSICIÓN COMPUESTA

Las proposiciones pueden unirse en un periodo de dos maneras: 1) por mera *yuxtaposicion,* ó sea *coordinadamente,* y forman la *parataxis* ó periodo paratáctico, ó 2) por *dependencia* de las demás respecto de una principal, ó sea *subordinadamente,* y forman la *hipotaxis* ó *periodo hipotáctico.*

Parataxis

Periodo paratáctico es el que une varias proposiciones coordinándolas, es decir no dándoles más unidad de la que resulta de la yuxtaposición exterior: es de cuatro clases: *copulativo, adversativo, disyuntivo* y *causal.*

I—Periodo copulativo

Expresa la unión de dos ó mas proposiciones, que pueden tener distinto sujeto ó distinto predicado, ó ambas cosas á la vez. El sujeto ó predicado comun no suele repetirse, á no ser para ponerlo de relieve. Es de dos clases: 1) *de adición,* 2) *de gradación.*

1. El de *adición* sirve para unir, añadiendo simplemente, y se forma con las *conjunciones copulativas:*

a) *et: Doctrina* Graecia nos *et omni litterarum*

genere superabat. Vale además *tambien:* hinc illa *et* apud Graecos exempla.

b) *-que* une más íntimamente y como un todo: *Divinarum humanarumque* scientia; mientras que la unión es exterior en: Sapientia est *rerum divinarum et humanarum* scientia. Sirva para declarar más lo anterior: Ad modestiam magnitudinemque animi erudivit, *eademque* ab animo, tanquam ab oculis, caliginem dispulit.

c) *atque, ac,* de *ad* y *que, ac* contracción de *atque.* Equivalen á *-que,* pero añaden cierta igualdad: Restituam *ac* reddam. *Caloris ac frigoris* patientia. Por eso se usan en comparaciones de igualdad ó semejanza: iuxta... ac, perinde... ac. Debeo sperare deos *pro eo* mihi, *ac* mereor, relaturos gratiam esse.

d) *et... et, que... que,* dán mayor fuerza, el segundo es raro en prosa. Hoc *et* ratio doctis *et* necessitas barbaris, *et* mos gentibus *et* feris natura ipse praescripsit.

Las negativas son *neque* ó *nec,* á veces con subjuntivo *neve* ó *neu.*

***

XVIII, Sed antea item coniuravere pauci contra rempublicam, in quibus Catilina fuit: de quo, quam verissume potero, dicam. L. Tullo, M. Lepido Consulibus, P. Autronius et P. Sulla, designati consules, legibus ambitus interrogati poenas dederant. Post paulo Catilina, pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere consulatum, quod intra legitimos dies profiteri nequiverat. Erat eodem tempore

Cn. Piso, adulescens nobilis, summae audaciae, egens, factiosus, quem ad perturbandam rempublicam inopia atque mali mores stimulabant. Cum hoc Catilina et Autronius circiter Nonas Decembris consilio communicato, parabant in Capitolio Kalendis Ianuariis L. Cottam et L. Torquatum Consules interficere; ipsi fascibus correptis, Pisonem cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mittere. Eá re cognita, rursus in Nonas Februarias consilium caedis transtulerant. Iam tum non Consulibus modo, sed plerisque Senatoribus perniciem machinabantur. Quodni Catilina maturasset pro curia signum sociis dare, eo die post conditam urbem Romam pessumum facinus patratum foret. Quia nondum frequentes armati convenerant, ea res consilium diremit.

Ejercicio: Periodos copulativos de adición que hay en los párrafos 14, 15, 16, 17, 18, poniendo solo la conjunción y las palabras que une.

19

2. El de *gradación* sirve para unir *gradualmente*:

a) *et* por *etiam* ya visto.

b) *etiam*. Quae omnes docti atque sapientes summa, quidam *etiam* sola bona esse dixerunt.

c) *ne... quidem*. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro; eiulatus *ne* mulieri *quidem*.

d) *non modo... sed etiam; non solum... sed etiam; non tantum... sed etiam,* ó con *verum* por *sed*. Tu

non solum natura et moribus, *verum etiam* studio et doctrina sapiens es.

c) *non modo non* (*nihil, nullus,* etc, ó *quisquam, ullus*)... *sed* (*verum*) *etiam,* ó *sed* solo.

d) *non modo* (*solum*) *non..., sed ne... quidem* (*sed vix*), y otras combinaciones.

e) *non... nedum; ne... quidem... nedum* ó *ne.* Ego vero *ne* inmortalitatem *quidem* contra rempublicam accipiendam putarem, *nedum* emori cum pernicie rei publicae vellem.

***

XIX. Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quaestor pro Praetore missus est adnitente Crasso, quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio cognoverat. Neque tamen Senatus provinciam invitus dederat: quippe foedum hominem a republica procul esse volebat: simul quia boni complures praesidium in eo putabant: et iam tum potentia Cn. Pompeii formidolosa erat. Sed is Piso in provincia ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens occisus est. Sunt, qui ita dicunt: imperia eius iniusta, superba, crudelia barbaros nequivisse pati: alii autem, equites illos, Cn. Pompeii veteres fidosque clientes, voluntate eius Pisonem adgressos: numquam Hispanos praeterea tale facinus fecisse, sed imperia saeva multa antea perpessos. Nos eam rem in medio relinquemus. De superiore coniuratione satis dictum.

Ejercicio: Periodos copulativos de gradación en los párrafos indicados en el ejercicio 18.

20

II.—Periodo adversativo

Expresa la contrariedad de dos ó mas proposiciones: puede ser 1) *restrictivo* ó 2) *exclusivo*.

1. El *restrictivo* sirve para contrariar restringiendo, y se forma con:

a) *sed*, que separa. Exsistunt saepe iniuriae calumnia quidam et nimis callida, *sed* maliciosa iuris interpretatione.

b) *verum*, que añade aseveración. Utrumque *omnino* a natura petendum est; *verum* alterum exercitatio augebit, alterum imitatio.

c) *vero*, afirma respondiendo. Fuisti saepe, credo, in scholis philosophorum. *Vero*, ac libenter quidem. Es pues adversativa intensiva. Sed sunt haec leviora; illa *vero* gravia atque magna.

d) *at*, como *sed*, pero mas enérgico; *ast*, de *at* y *set*, opone más fuertemente lo contrario. Ceteri verbo alius alii varie adsentiebantur; *at* M. Portius Cato...

e) *atquin*, de *at*, *qui*, *ne*, de donde *atqui* (pero cómo nó?), se opone como *at*, separándose. Illud non adscribis: et tibi gratias egis. *Atqui certe* ille agere debuit. Sirve para contestar y para la menor del raciocinio.

f) *autem*, de αὖ de nuevo, rursus, equivale al δέ griego y es casi copulativa, y de mucho uso. Hostium vim sese perversurum putavit, pervertit *autem* suam. Oppidum oppugnare instituit. Est *autem* oppidum et loci natura et colle munitum.

g) *tamen, nihilominus*, añaden idea inesperada, en oposición á la anterior. Nummus in Croesi divitiis obscuratur; pars est *tamen* divitiarum. Legati proficiscantur, bellum *nihilominus* paretur.

2. El *exclusivo* sirve para contrariar excluyendo: *Sed, verum*. *Non* quid nobis utile, *verum* quid oratori necessarium sit, quaerimus. Quod *non* singulis hominibus, *sed* potentibus populis saepe contigit. Tu porro *ne* pios *quidem, sed* piissimos quaeris.

***

XX. Catilina, ubi eos, quos paulo ante memoravi, convenisse videt: tametsi cum singulis multa saepe egerat, tamen in rem fore credens universos adpellare et cohortari, in abditam partem aedium secessit, atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem huiuscemodi habuit.

„Ni virtus fidesque vostra spectata mihi forent, nequicquam oportuna res cecidisset; spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent: neque ego per ignava aut vana ingenia incerta pro certis captarem. Sed quia multis et magnis tempestatibus vos cognovi fortes fidosque mihi, eo animus ausus est maxumum atque pulcherrumum facinus incipere; simul quia vobis eadem, quae mihi, bona malaque esse intellexi; nam idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Sed ego quae mente agitavi, omnes iam antea diversi audistis. Ceterum mihi in dies magis animus accenditur, cum considero, quae condicio vitae futura sit, nisi nosmet ipsi vindicamus in libertatem. Nam postquam respublica in paucorum potentium ius atque dicionem concessit, semper

illis reges, tetrarchae vectigales esse: populi, nationes stipendia pendere: ceteri omnes, strenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus fuimus, sine gratia, sine auctoritate, his obnoxii, quibus, si respublica valeret, formidini essemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiae apud illos sunt, aut ubi illi volunt: nobis reliquere repulsas, pericula, iudicia, egestatem. Quae quousque tandem patiemini, fortissumi viri? Nonne emori per virtutem praestat, quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris, per dedecus amittere? Verum enimvero pro Deum atque hominum fidem, victoria a manu nobis est: viget aetas, animus valet: contra illis, annis atque divitiis, omnia consenuerunt; tantummodo incepto opus est: cetera res expediet. Etenim quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest, illis divitias superare, quas profundant in exstruendo mari et montibus coequandis; nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse? illos binas aut amplius domos continuari: nobis larem familiarem nusquam ullum esse? Cum tabulas, signa, toreumata emunt; nova diruunt, alia aedificant; postremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant: tamen summa lubidine divitias vincere nequeunt. At nobis est domi inopia, foris aes alienum; mala res, spes multo asperior; denique, quid reliqui habemus praeter miseram animam? Quin igitur expergiscimini? En illa, illa, quam saepe optastis, libertas, praeterea divitiae, decus, gloria in oculis sita sunt! fortuna omnia ea victoribus praemia posuit. Res, tempus, pericula, egestas, belli spolia magnifica, magis quam oratio mea vos hortentur. Vel imperatore, vel milite me utemini: neque animus, neque corpus a vobis aberit. Haec

ipsa, ut spero, vobiscum una Consul agam: nisi forte me animus fallit, et vos servire magis, quam imperare, parati estis."

Ejercicio: Periodos adversativos de los párrafos 16, 17, 18, 19, 20.

21

III.—Periodo disyuntivo

Expresa la *contradictoriedad* de dos proposiciones.

a) *aut,* objetivamente. Id est pronuntiatum, quod est verum *aut* falsum. Experti sunt, quid efficere *aut* quo progredi possent.

Negación con *non... aut, ne... aut. Nec* vero id collocutio hominun *aut* consensus effecit.

b) *aut... aut,* con más brío. *Aut* vivam *aut* moriar.

c) *vel,* subjetivamente, de *velle.* Non sentiunt viri fortes in acie vulnera, *vel* sentiunt, sed mori malunt quam.

d) *vel... vel.* Ipsum illud genus *vel* libidinis vel cupiditatis.

e) *aut* y *vel.* Et Chia vina *aut* Lesbia, *vel...* Caecubum.

f) *-ve,* mas debilmente. A te bis terve summum, et eas quidem perbreves litteras accepi.

g) *ve... ve*, en poesía. Si quis in adversum rapiat casus*ve* deus*ve*.

***

XXI. Postquam accepere ea homines, quibus mala abunde omnia erant, sed neque res neque spes bona ulla; tametsi illis quieta movere magna merces videbatur, tamen postulare plerique, uti proponeret, quae condicio belli foret, quae praemia armis peterent quid ubique opis aut spei haberent. Tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia, quae bellum atque lubido victorum fert. Praeterea, esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauritania cum exercitu P. Sittium Nucerinum, consilii sui participes: petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore speraret, hominem et familiarem, et omnibus necessitudinibus circumventum: cum eo se Consulem initium agendi facturum. Ad hoc maledictis increpat omnis bonos: suorum unumquemque nominans laudare; admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suae, complures periculi aut ignominiae, multos victoriae Sullanae, quibus ea praedae fuerat. Postquam omnium animos alacris videt; cohortatus, ut petitionem suam curae haberent, conventum dimisit.

Ejercicio: Periodos disyuntivos de los párrafos 17, 18, 19, 20, 21.

22

IV.—Periodo causal

Expresa *la ilación* entre dos proposiciones: 1) la *causa* de la anterior, ó 2) *el efecto* ó consecuencia de la misma.

1 El de *causa* lleva las siguientes conjunciones:

a) *nam, namque*, expresa una aclaración ó un motivo ó una aseveración de lo anterior. Rerum bonarum et malarum tria sunt genera: *nam* aut in animis aut in corporibus aut extra esse possunt. Sonorum dici vix potest quanta sit vis in utramque partem: *namque* et incitat languentes et languefacit excitatos. *Namque* censuram sine Scaevola gessit.

b) *enim*, equivale á *nam*, en sus tres valores y va tras la primera, ó segunda palabra. Duo sunt *enim* divinandi genera. Nihil *enim* est profecto homini prudentia dulcius. Sunt *enim* omnino omnes fere similes.

c) *enimvero, etenim,* afirman más. *Enimvero* Latini gaudere facto. *Etenim* quo facto id fieri soleat, calleo.

2 El de *consecuencia:*

a) *itaque,* en hechos consiguientes. Aristides aequalis fere fuit Tehemistocli. *Itaque* cum eo de principatu contendit.

b) *igitur*, en la consecuencia lógica. Quid dicis *igitur?* Si mentiris, mentiris; mentiris autem, mentiris *igitur*.

c) *ergo*, como *igitur*. Age, eamus *ergo*. Es mas fuerte que *igitur,* por lo cual le sigue. Nihil *igitur* est naturae oboediens aut subiectus deus. Omnem *ergo* regit ipse naturam.

d) Con adverbios demostrativos y relativos, *eo, ideo, idcirco, quocirca, propterea, quapropter, hinc, inde, proin, proinde.*

***

XXII. Fuere ea tempestate, qui dicerent, Catilinam, oratione habita, cum ad iusiurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem, vino permixtum, in pateris circumtulisse; inde cum post exsecrationem omnes degustavissent, sicuti in sollemnibus cracris fieri consuevit, aperuisse consilium suum; atque eo dictitare fecisse, quo inter se magis fidi forent, alius alii tanti facinoris conscii. Nonnulli ficta et haec, et multa praeterea existumabant ab his, qui Ciceronis invidiam, quae postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui poenas dederat. Nobis ea res pro magnitudine parum comperta est.

Ejercicio: 1. Periodos de causa de los párrafos 19, 20, 21, 22.

2. Periodos de efecto de los mismos.

23

Hipotasis

Periodo *hipotáctico ó de subordinación* es aquel en que alguno de los elementos esenciales ó accesorios de una proposición, llamada *principal,* está formado por otra proposición llamada *secundaria:* la *principal* se dice igualmente *subordinante,* y la *secundaria, subordinada.*

El periodo hipotáctico es de tantas clases, cuantos son los elementos de la proposición, que se reducen á sustantivos, adjetivos y adverbios: habrá pues proposiciones subordinadas:

1) *Sustantivas*, las que forman el sujeto ú objeto ó el término indirecto (final), etc., de la principal.

2) *Adjetivas*, ó atributivas ó relativas, las que forman un atributo de cualquiera de los términos de la principal.

3) *Adverbiales* ó circunstanciales, las que forman algunos de los complementos circunstanciales del predicado de la principal.

Son las conjunciones las partículas relativas que unen las subordinadas á las subordinantes, respondiendo á demostrativos, de ordinario elípticos, de ésta, como consecuentes á sus antecedentes.

Sustantiva de sujeto: *quod venisti*, *(id)* mihi est gratissimum; de objeto: sol efficit *(id)*, *ut arbores floreant.*

Adjetiva: deus, *qui universum mundum regit*, et omnia creavit. Rosa *illa, quae in horto tuo floret*, pulcherrima est.

Adverbial: *cum advesperasceret, (tunc)* milites profecti sunt. *Uti praedixi*, *ita* evenit.

Otras expresiones más sintéticas y propias son: el infinitivo, de las sustantivas; el participio, de las relativas; el gerundio y participio, de las adverbiales.

***

XXIII. Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus; quem Censores senatu probri gratia moverant. Huic homini non minor vanitas, quam audacia, inerat; neque reticere, quae audierat, neque suamet ipse scelera occultare, prorsus neque dicere neque facere quicquam pensi habebat. Erat ei cum

Fulvia, muliere nobili, stupri vetus consuetudo; cui cum minus gratus esset, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians maria montesque polliceri coepit, et minari interdum ferro, ni sibi obnoxia foret: postremo ferocius agitare, quam solitus erat. At Fulvia, insolentiae Curii caussa cognita, tale periculum reipublicae haud occultatum habuit, sed, sublato auctore, de Catilinae coniuratione, quae quoquo modo audierat, compluribus narravit. Ea res in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. Namque antea pleraque nobilitas invidia aestuabat, et quasi pollui consulatum credebant, si eum, quamvis egregius, homo novus adeptus foret. Sed ubi periculum advenit, invidia atque superbia postfuere.

Ejercicio: Periodos copulativos, disyuntivos, adversativos y causales de los párrafos 1, 2, 3.

24

Los tiempos en la hipotaxis

(consecutio temporum)

En toda oración subordinada el tiempo verbal de subjuntivo responde al de la subordinante en indicativo: principal, si es principal; histórico, si histórico. Llevando la subordinante un principal, presente, perfecto presente, futuro ó futuro exacto, lleva la subordinada presente, si su predicado coincide en el tiempo con el de la subordinante; perfecto, si es anterior; futuro perifrástico presente, si ha de ser anterior:

Subordinante	Subordinada
PRAES.	Praes. *Scio* quid *agas*, quid a te agatur Perf. *Scio* quid *egeris*, quid a te *actum sit* Fut. perifr. *Scio* quid *acturus sis, non dubito* quin *futurum sit ut laudere*
PERFECT. PRAESENS	Praes. *Cognovi* quid *agas*, quid a te *agatur* Perf. *Cognovi* quid *egeris*, quid a te *actum sit* F. p. *Cognovi* quid *acturus sis*, quomodo *futurum sit ut* laudere
FUT.	Praes. *Audiam* quid *agas*, quid a te *agatur* Perf. *Audiam* quid *egeris*, quid a te *actum sit* F. p. *Audiam* quid *acturus sis, non dubitabo* quin *futurum sit ut laudere*
FUT. EXACT.	Praes. Brevi *cognovero* quid *agas*, quid a te *agatur* Perf. Brevi *cognovero* quid *egeris*, quid a te *actum sit* F. p. Brevi *cognovero* quid *acturus sis*, quomodo *futurum sit ut urbs defendatur*.

Llevando la subordinante un histórico, imperfecto, perfecto histórico ó pluscuamperfecto, en los casos dichos llevará la subordinada imperfecto, pluscuamperfecto ó futuro perifrástico imperfecto.

Subordinante	Subordinada
IMPERF.	Imperf. *Sciebam* quid *ageres,* quid a te *ageretur*
	Plpf. *Sciebam* quid *egisses*, quid a te *actum esset*
	Fut. perif. impf. *Sciebam* quid *acturus esses,* non *dubitabam* quin *futurum esset ut laudarere.*
PERFECT HISTOR	Impf. *Cognovi* quid *ageres,* quid a te *ageretur*
	Plpf. *Cognovi* quid *egisses*, quid a te *actum esset.*
	F. p. impf. *Cognovi* quid *acturus esses,* non *dubitavi* quin *futurum esset ut laudarere.*
PLUSCPF.	Impf. *Cognoveram* quid *ageres,* quid a te *ageretur*
	Plpf. *Cognoveram* quid *egisses,* quid a te *actum esset*
	F.p. impf. *Cognoveram* quid *acturus esses,* non *dubitaveram* quin *futurum esset ut laudarere.*

A veces con principal en la subordinante hay histórico en la subordinada, por atender más al tiempo lógico, que de suyo es pasado, en la subordinante. Asi con presente histórico hay principal é histórico: Multa pollicendo *persuadet* (princ.) legatis, uti Iugurtham maxume vivum, sin id parum *procedat* (princ.), necatum sibi *traderent* (histor). Con presente, que corre por todas las épocas pasadas: Tanta *est* (princ.)

vis ac tanta natura, ut Ithacam illam... sapientissimus vir immortalitati *anteponeret* (histor).

Prefiere el latín emplear el perfecto como histórico, cuando nosotros preferimos el no histórico: Quoniam quae subsidia novitatis *haberes* et habere *posses*, *exposui*, nunc de magnitudine petitionis dicam; en vez de: *he expuesto* los medios que *tenías* y *podías* tener.

Con histórico en la subordinante hay á veces principal en la subordinada, por mirar al juicio actual: Pugna indicio *fuit* (hist.), quos *gesserint* (princ.), animos. Romani tam fortiter *pugnabant* (*pugnaverunt*, *pugnaverant*, hist.), ut hostes plane *devicerint* (princ.) ó *devincerent* (hist.).

Cuando el presente va con infinitivo pasado, el verbo subordinado va en pasado, siguiendo al infinitivo. Satis mihi multa verba *fecisse* videor, quare *esset* hoc bellum genere ipso necessarium, magnitudine periculosum (nó *sit*, por el *videor*). Non quaero, quam veri simile sit aut non *habuisse* regem, quos *mitteret*, aut eos, quos *misisset*, non paruisse, (nó habuit quos mitteret, aut eos quos miserat, non paruerunt).

***

XXIV. Igitur comitiis habitis, Consules declarantur M. Tullius et C. Antonius. Quod factum primo populares coniurationis concusserat. Neque tamen Catilinae furor minuebatur; sed in dies plura agitare; arma per Italiam locis opportunis parare; pecuniam, sua aut amicorum fide sumptam mutuam, Faesulas ad Manlium quemdam portare, qui postea princeps fuit belli faciundi. Ea tempestate plurumos

cuiusque generis homines ascivisse dicitur; mulieres etiam oliquot, quae primo ingentis sumptus stupro corporis toleraverant: post, ubi aetas tantummodo quaestui, neque luxuriae modum fecerat, aes alienum grande conflaverant; per eas se Catilina credebat posse servitia urbana sollicitare, urbem incendere, viros earum vel adiungere sibi, vel interficere.

Ejercicio: Muéstrese la *consecutio temperum* de todas las oraciones subordinadas de los párrafos 20, 21, 22, 23, 24, poniendo el verbo de la subordinante á continuación del verbo de la subordinada.

25

Los modos de la hipotaxis

En cada clase de oraciones se dirá lo que conviene; ahora veamos lo más general que compete á las más.

1. Cuando en la subordinada hay pronombre relativo indefinido, *quisquis*, etc, en castellano empleamos el subjuntivo, por la duda que envuelve este pronombre; en latín, el indicativo, por expresarse ya esa duda en el mismo pronombre, siendo el predicado tan objetivo como sin él. Ergo is, *quisquis est*, cualquiera que sea. *Quoquo modo* se res *habet, sea* como *quiera*. *Utrum* tibi commodum *est*, elige, elige lo que te *convenga*.

2. Hay subjuntivo, cuando se trata del parecer subjetivo de uno. Hanc perfectam philosophiam semper

iudicavi, quae de maximis quaestionibus copiose *posset* ornateque dicere *(se podia).*

De aqui el subjuntivo en las subordinadas, siempre que está íntimamente ligada la subordinada con otro subjuntivo ó con infinitivo. Ut, si absurde *canat* is, qui se haberi *velit* musicum, hoc turpior sit, quod in eo ipso *peccet,* cuius profitetur scientiam. Litteras, quas me sibi misisse *diceret,* recitavit.

3. Por atracción de otro subjuntivo muy trabado. *Vellem scribere,* cur ita *putares* (por putes).

4. Empléase el imperfecto y pluscuamperfecto de subjuntivo, cuando la subordinada indica un hecho indefinido, comun. Si quis a domino *reprehenderetur,* consensu militum *eripiebatur,* siempre ó cada y cuando que *era reprendido.*

5. Con expresiones negativas. *Nemo est qui, quis est qui, nihil habeo quod,* etc.

***

XXV. Sed in his erat Sempronia, quae multa saepe virilis audaciae facinora commiserat. Haec mulier genere atque forma, praeterea viro atque liberis, satis fortunata fuit: literis Graecis atque Latinis docta: psallere et saltare elegantius, quam necesse est probae; multa alia, quae instrumenta luxuriae sunt. Sed ei cariora semper omnia, quam decus atque pudicitia fuit: pecuniae an famae minus parceret, haud facile discerneres: lubidine sic accensa, ut saepius peteret viros, cuam peteretur. Sed ea saepe antehac fidem prodiderat, creditum abiuraverat, caedis conscia fuerat, luxuria atque inopia praeceps abierat. Verum ingenium eius haud absur-

dum; posse versus facere, iocum movere, sermone uti vel modesto, vel molli, vel procaci; prorsus multae facetiae multusque lepos inerat.

Ejercicio: Tráiganse los subjuntivos de las subordinadas que en los párrafos 20, 21, 22, 23, 24, 25 responden á las leyes dadas en esta lección 25.

26

I.—Periodo subordinado sustantivo

Es aquel, en el cual en vez de cualquier sustantivo, hay una oración subordinada: Bellum efficit, *ut multi homines calamitatibus opprimantur* equivale á: Bellum efficit *multorum hominum calamitatem*.

A veces aparece expreso en la principal el demostrativo, que ordinariamente se omite, y es el antecedente de la conjunción relativa de la subordinada: Ex quo efficitur *illud, ut is* agnoscat deum, *qui, unde* ortus sit, quasi recordetur ac noscat: *illud ut, is qui, ibi* (locus), *unde* son los correlativos. Expónese con el infinitivo ó con verbo finito y conjunción.

1.—Con infinitivo

Usos del infinitivo.

Sujeto. Dulce et decorum est *pro patria mori.* Me *hoc ipsum nihil agere et plane cessare* delectat. *Omnia prius experiri quam armis* sapientem *decet.*

Predicativo. Est interdum praestare mercaturis rem quaerere. Loquor de docto homine, cui vivere *est cogitare.*

Aposición. *Haec est* illa praestans el divina sapientia, *nihil admirari, cum acciderit*. Ut revertar ad *illud*, quod mihi in hac omni est oratione propositum, *omnibus malis illo anno scelere consulum rempublicam esse confectam*.

Objeto de verbo transitivo en acusativo. Hieronymus *dolore vacare* summun bonum dixit. *Mori* nemo sapiens *miserum duxit*. De otras dos maneras es el infinitivo objeto del verbo de la principal, como elemento completivo de dicho verbo y en la oración llamada de infinitivo con acusativo.

***

XXVI. His rebus comparatis, Catilina nihilo minus in proxumum annum consulatum petebat, sperans, si designatus foret, facile se ex voluntate Antonio usurum. Neque interea quietus erat, sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni. Neque illi tamen ad cavendum dolus aut astutiae deerant. Namque a principio consulatus sui multa pollicendo per Fulviam effecerat, ut Q. Curius, de quo paulo ante memoravi, consilia Calilinae sibi proderet. Ad hoc collegam suum Antonium pactione provinciae perpulerat, ne contra rempublicam sentiret; circum se praesidia amicorum atque clientium occulte habebat. Postquam dies comitiorum venit, et Catilinae neque petitio, neque insidiae, quas Consuli in Campo fecerat, prospere cessere; constituit bellum facere et extrema omnia experiri, quoniam, quae occulte tentaverat, aspera foedaque evenerant.

Ejercicio: Subordinadas sustantivas de los párrafos 21, 22, 23, 24, 25, 26, añadiendo de qué clase son.

27

Infinitivo completivo del verbo

Forma un todo con él cuanto al significado, como un verbo auxiliar. Verifícase:

1) Con verbos de voluntad, de poder ó deber, como *volo, nolo, vereor, piget; possum, scio; licet, necesse est. Volo* scribere.

2) Con verbos de emprender, durar: *coepi, aggredior, persevero, insto, suesco. Coepi* dicere.

3) Con impersonales, *facile est, convenit, decet, contingit.* Muchos transitivos pueden además llevar otro objeto en acusativo: Mitiades *plerasque insulas,* quae barbaros adiuverant, ad officium *redire coegit.*

Cuando el infinitivo lleva un sustantivo ó adjetivo predicativo, pueden estos estar en nominativo: Omnes cupiunt *beati esse*; en acusativo: Doceo te *fortem esse;* dativo: *Quieto tibi* licet esse; en ablativo: Decem ex eo numero *iussis inermibus deduci* ad se.

***

XXVII. Igitur C. Manlium Faesulas atque in eam partem Etruriae, Septimium quemdam Camertem in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam dimisit; praeterea alium alio, quem ubique opportunum sibi fore credebat. Interea Romae multa simul moliri; Consuli insidias tendere, parare incendia, op-

portuna loca armatis hominibus obsidere: ipse cum telo esse, item alios iubere: hortari, uti semper intenti paratique essent: dies noctesque festinare, vigilare, neque insomniis neque labore fatigari. Postremo ubi multa agitanti nihil procedit, rursus intempesta nocte coniurationis principes convocat per M. Porcium Laecam: ibique multa de ignavia eorum questus, docet, «se Manlium praemisisse ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma paraverat; item alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent; seque ad exercitum proficisci cupere, si prius Ciceronem oppressisset: eum suis consiliis multum obficere.»

Ejercicio: Infinitivos completivos del verbo en los párrafos 23, 24, 25, 26, 27.

28

Infinitivo con acusativo

El infinitivo y su sujeto acusativo son ambos á la vez objetos del verbo principal, son un objeto único. *Rosa floret,* como objeto del pensar ó querer se expresa: *Video rosam florere*; *Aqua est frigida* se convierte en: *Sentio aquam frigidam esse.* Hay que distinguir esta construcción de la antes vista, en que el acusativo es objeto del verbo y el infinitivo no es parte de este objeto como aqui, sino elemento suyo completivo, de modo que el acusativo pertenece al verbo, no al infinitivo; por ej. en *cogo te* fugere, *te fuerzo* á huir; no: fuerzo á *que tu huyas; doceo te* scribere, *te enseño* á escribir; no: enseño que tu escribes.

Piden infinitivo con acusativo:

Los verbos *sentiendi* (de sentido ó potencia), *declaradi* (de expresión), *affectuum* (de afectos), *voluntatis* (de querer), *efficiendi* (de obrar), frases impersonales, y *est* con nombre ó adjetivo. Ej. *Sentimus* calere ignem, nivem esse albam, dulce mel. *Diffidens* Caesarem fidem servaturum. *Fateor* insitam esse nobis corporis nostri caritatem. Ut non *desideres* planius dici. Desiderium *facit* macrescere volucres *Decet* cariorem esse patriam nobis quam nosmet ipsos. *Certum est* sapientem morte nunquam terreri.

Con los impersonales el infinitivo puede considerarse como sujeto gramatical, bien que lógicamente pertenece á la construcción de infinitivo con acusativo: *constat* ad salutem civium iuventas esse leges.

Los personales, sobre todo *me, te, se, nos, vos*, suelen callarse: Operam dare *(te)* promittitis. El acusativo puede entre poetas ponerse en nominativo por atracción, á la griega. *Phaselus ille*, quem videtis, ait fuisse navium *celerrimus*.

En vez de la construcción impersonal con la 3.ª p. pasiva en los verbos sentiendi, declarandi, etcétera, también puede ir el sujeto en nominativo y el verbo concertado con él. *Luna* solis lumine collustrari *putatur*. *Alexander fortissimus* fuisse *traditur*, ó *traditur* Alexandrum fortissimum fuisse. *Haec apparent* magis ita esse. Mihi non *videbatur quisquam* esse *beatus* posse, cum in malis esset: in malis autem *sapientem* esse posse.

El acusativo con infinitivo se usa en las exclamaciones: *Te* nunc, mea Terentia, sic *vexari*, sic *iacere* in lacrimis et sordibus! *idque fieri* mea culpa!

***

XXVIII. Igitur perterritis ac dubitantibus ceteris, C. Cornelius, eques Romanus, operam suam pollicitus, et cum eo L. Vargunteius Senator, constituere ea nocte paulo post, cum armatis hominibus, sicuti salutatum, introire ad Ciceronem, ac de improviso domi suae imparatum confodere. Curius ubi intellegit, quantum periculi Consuli impendeat, propere per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enunciat. Ita illa ianua prohibiti, tantum facinus frustra susceperant. Interea Manlius in Etruria plebem sollicitare, egestate simul ac dolore iniuriae novarum rerum cupidam, quod Sullae dominatione agros bonaque omnia amiserat; praeterea latrones cuiusque generis, quorum in ea regione magna copia erat; nonnullos ex Sullanis colonis, quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant.

Ejercicio: Infinitivos con acusativo en los párrafos 25, 26, 27, 28.

29

2.—Con conjunción *ut, ne.*

Ut introduce una subordinada sustantiva como sujeto ú objeto, que indica 1) ó un intento ó 2) un influjo de la subordinante. La negación en el primer caso es *ne* con verbos negativos, *ut ne* con positivos: prohibeo *ne* id fiat, curo *ut ne* id facias; en el segun-

do caso de ordinario *ut non (ut nullus, ut nemo, ut nihil, etc.)*. El modo siempre el subjuntivo.

A) Para expresar un empeño ó intento de hacer algo:

1) Con verbos de hacer, *facio* etc: Me *fecisse* arbitror *ne* id merito eveniret. Sol *efficit ut* omnia floreant et in suo quaeque genere pubescant.

2) Con verbos de cuidar, *curo, caveo, consulo*, etc. Navem idoneam *ut* habeas, diligenter *videbis*. *Prospiciendum ne* quid sibi ac rei publicae nocere posset.

3) Con verbos de procurar, *studeo, laboro, intendo, nitor*. *Danda opera* est *ne* quae amicorum discidia fiant; sin tale aliquid evenerit, *ut* exstinctae potius amicitiae quam oppressae videantur.

4) Con verbos de pedir, *rogo, peto, posco, hortor*. *Petis* a me *ut* id tibi facere *ne* liceat. *Peto quaesoque ut* tuos mecum serves.

5) Con verbos de aconsejar, incitar, *suadeo, incito*. Themistocles *persuasit* populo *ut* classis centum navium aedificaretur. Mihique *ut* absim vehementer *auctor est*.

6) Con verbos de mandar, *impero, iubeo, respondeo*. Pompeius suis *praedixerat ut* Caesaris impetum exciperent, *neve* se loco moverent.

7) Con verbos de determinar, juzgar, *statuo, cogito*. *Decrevit* senatus *ut* L. Opimius *videret ne* quid res publica detrimenti caperet.

8) Con verbos de dejar, permitir, ó lo opuesto, *cedo, permitto, prohibeo*. *Dabimus ut* utamur verbis interdum inauditis. *Pati* non *possit ut* non anquirat aliquem.

9) Con verbos de querer, desear, merecer, *volo, cupio, mereor.* Maxime fuit *optandum* Caecinae *ut* controversiae nihil haberet; secundo loco, *ut ne* cum tam improbo homine. *Merui ut* fierem.

A veces se omite *ut. Oro* des operam. Huic *imperat* quas possit adeat civitates.

B) Para expresar un influjo de la subordinante:

Con *facio, efficere, necesse* est, *oportet, fore, fit, accidit, evenit,* etc, *accedit,* etc, *proximum est, restat, expedit, sufficit, est* con sustantivo, adjetivo, adverbio. Alterum *facio ut* caveam; alterum *ut non* credam facere non possum. Ex quo *efficitur* illud *ut* is agnoscat deum. Cum iam *in eo esset ut* in muros evaderet miles. *Reliquum est ut* et quid agatur explores. Videtur *tempus esse ut* eamus ad forum. *Est mos hominum ut.* Altera *est res ut* res geras magnas. Ita *fit ut* omnimo nemo possit esse beatus.

Para indicar el temor ó cuidado se emplea *ut* ó *ne*: y su negación es *ne non. Timeo ut* sustineas. *Vereor ne,* dum minuere velim, laborem augeam. *Vereor ut satis* diligenter actum sit. *Periculum est ne* ille te verbis obruat. Firmae hae *vereor ut* sint nuptiae. Negativas: *Vereor ne* hunc laborem sustinere *non* possis. *Verebare ne non* putaremus?

***

XXIX. Ea cum Ciceroni nunciarentur, ancipiti malo permotus, quod neque urbem ab insidiis privato consilio longius tueri poterat, neque, exercitus Manlii quantus aut quo consilio foret, satis compertum habebat, rem ad senatum refert, iam an-

tea vulgi rumoribus exagitatam. Itaque, quod plerumque in atroci negotio solet, Senatus decrevit, darent operam consules, ne quid respublica detrimenti caperet. Ea potestas per Senatum, more Romano magistratui maxuma permittitur; exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque civis: domi militiaeque imperium atque iudicium summum habere; aliter, sine populi iussu nulli earum rerum Consuli ius est.

Ejercicio: Subordinadas sustantivas con *ut, ne* en los párrafos 25, 26, 27, 28, 29.

30

3.—Con *quominus, nē, quīn.*

Empleánse con verbos de prohibición, *impedio, prohibeo, reprimo, terreo, recuso,* etc: *nē* es mas fuerte, y *quīn,* de *qui* y *nē,* para la negación. Siempre con subjuntivo. Nihil *impedit quo minus* beatus sis. Nihil *obstat ne* id fiat. Cum videretis nulla vi *retineri,* nullo periculo *prohiberi* potuisse *quominus* experirentur, ecquid etc. Quae fletu *reprimor ne* scribam. Nec se *tenuit, quin* contra suum doctorem librum etiam ederet.

Quīn con subjuntivo se usa solo detrás de proposición negativa ó interrogativa, que encierre negación:

1) En las mas expresiones en que se usa *quominus,* como *non impedio, non reprimor, nihil deest,* etc. *Retineri nequeo quin* dicam ea que promeres. *Exspectari* diutius *non* oportere, *quin* ad castra iretur.

2) Despues de *nihil, non multum, quid abest?* *Neque longius abesse quin* proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat.

3) Despues de *non dubito, non ambigitur,* etc. *Dubitandum non est, quin nunquam* possit utilitas cum honestate contendere.

4) *Quin* va por *ut non* detras de *non possum, fieri non potest, nemo est, nihil est. Fieri nullo modo poterat, quin* Cleomeni parceretur. Nemo est *tam* fortis, *quin* rei novitate perturbetur. *Nullum* tempus intermiserunt, *quin* trans Rhenum legatos mitterent.

***

XXX. Post paucos dies L. Saenius senator in Senatu literas recitavit, quas Faesulis allatas sibi dicebat: in quibus scriptum erat, C. Manlium arma cepisse, cum magna multitudine, ante diem VI Kalendas Novembres. Simul, id quod in tali re solet, alii portenta atque prodigia nunciabant; alii, conventus fieri, arma portari, Capuae atque in Apulia servile bellum moveri. Igitur Senati decreto Q. Marcius Rex Faesulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam circumque ea loca missi: hi utrique ad urbem Imperatores erant, impediti, ne triumpharent, calumnia paucorum, quibus omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat. Sed Praetores, Q. Pompeius Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum; hisque permissum, uti pro tempore atque periculo exercitum compararent; ad hoc, si quis indicavisset de coniuratione, quae contra rempublicam fa-

cta erat, praemium decrevere servo libertatem et sestertia centum, libero impunitatem eius rei et sestertia ducenta; itemque decrevere, uti gladiatoriae familiae Capuam et in cetera municipia distribuerentur pro cuiusque opibus: Romae per totam urbem vigiliae haberentur, hisque minores magistratus praeessent.

Ejercicio: Subordinadas con *quominus*, *quin* en los párrafos 26, 27, 28, 29, 30.

31

4.—Con *quod*

Es el relativo neutro, y antigua y vulgarmente la conjunción sustantiva propia, como nuestro *que:* «*digo ello, que...*» Pero en latín clásico ha tomado otra dirección mas ó menos causal: expresa una aclaración de la principal ó de una de sus palabras, ó el motivo y razón de la principal. El modo es el indicativo, menos en los casos citados generales de subjuntivo.

A) En la primera acepción de aclarar la principal:

1) Aclarando un sustantivo ó un demostrativo de la principal. *Quanta* est benignitas naturae, *quod* tam multa, tam varia tamque iucunda gignit. Inter inanimum et animal *hoc* maxime interest, *quod* animal agit aliquid. Neque *in eo* solum offenderat, *quod* patriae male consuluerat, sed etiam *quod* amicitiae fidem non praestiterat. Igualmente *ex eo, de eo, pro eo, cum eo, quod; ad id, praeter id, quod; praeter quam quod, nisi quod, tantum quod,* etc.

2) Con verbos *accedit, addo, adicio. Accedit quod* mirifice ingeniis excellentibus delectatur.

3) Con *praetereo, mitto. Praetereo quod* eam sibi domum sedemque delegit.

4) En las frases *bene, male,* etc, *facio, acidit, fit,* etc. *Percommode factum est quod* de morte et de dolore disputatum est.

5) Con verbos *sentiendi* y *dicendi,* en vez del inf. con acus., se usó antes de la época clásica y despues; hay raros ejemplos clásicos. An mihi de te nihil esse dictum... putas? ne *hoc* quidem *quod* Taurum ipse transisti? (Cicer. Famil. 3, 8, 6). Pauca apud eos loquitur, *quod* sibi... gratia relata non sit (Caesar, Bel. gal. 1, 23, 3).

B) En la segunda acepción de dar el motivo y razón de la oración principal:

1) Tras *est, nihil est, quid est? habeo. Quid est, quod* tanto opere te commoveat tuus dolor? *Nihil est* iam, *quod* tu mihi suscenseas.

2) Con frases de sentimiento, *laetor, gaudeo; aegre, moleste fero, miror, iuçundum est;* y de alabanza ó vituperio y agradecimiento. *Indignantes* milites *quod* populi R. beneficium sibi extorqueretur. *Molestissime fero, quod* te ubi visurus sim nescio. *Laudat* Africanum Panaetius, *quod* fuerit abstinens. Tibi *ago gratias, quod* me omni molestia liberas.

***

XXXI. Quibus rebus permota civitas atque immutata urbis facies erat. Ex summa laetitia atque lascivia, quae diuturna quies pepererat, repente omnes

tristitia invasit; festinare, trepidare; neque loco, nec homini cuiquam satis credere; neque bellum gerere, neque pacem habere: suo quisque metu pericula metiri. Ad hoc mulieres, quibus rei magnitudine belli timor insolitus incesserat, adflictare sese, manus supplices ad caelum tendere, miserari parvos liberos, rogitare, omnia pavere; superbia atque deliciis omissis, sibi patriaeque diffidere. At Catilinae crudeiis animus eadem illa movebat, tametsi praesidia parabantur et ipse lege Plautia interrogatus erat ab L. Paulo. Postremo dissimulandi causa aut sui expurgandi, sicuti iurgio lacessitus foret, in Senatum venit. Tum M. Tullius Consul, sive praesentiam eius timens, sive ira commotus, orationem habuit luculentam atque utilem reipublicae, quam postea scriptam édidit. Sed ubi ille adsedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda omnia, demisso vultu, voce supplici postulare, "Patres conscripti ne quid de se temere crederent: ea familia ortum, ita se ab adulescentia vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet: ne existumarent, sibi, patricio homini, cuius ipsius atque maiorum plurima beneficia in plebem Romanam essent, perdita republica opus esse, cum eam servaret M. Tullius, inquilinus civis urbis Romae." Ad haec maledicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam vocare. Tum ille furibundus: "quoniam quidem circumventus, inquit, ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina restinguam."

Ejercicio: Subordinadas con *quod* en los párrafos 26, 27, 28, 29, 30, 31.

32

II—Periodo subordinado adjetivo.

Es aquel, en el que, en vez de un adjetivo cualquiera de la principal, hay una oración subordinada. Expónese con participio ó gerundio, ó con verbo finito y relativo.

1—Con participio

Es el participio la expresión propia y sintética de las subordinadas adjetivas, asi como lo es de las sustantivas el infinitivo.

El participio equivale, pues, á una oración convertida en adjetivo atributivo: homo *epistulam scribens* equivale á homo *qui scribit epistulam*; hominem vidi *saepius ratione utentem* equivale á hominem vidi *qui saepius ratione utitur;* ut rem claram *exspectatamque* facerent, equivale á ut rem claram facerent et *qui exspectaretur*.

Véase su uso:

1) Refiriéndose al sujeto. Dubitabat nemo quin *violati* hospites, legati *necati, pacati* atque socii *nefario bello lacessiti,* fana *vexata* hanc tantam efficerent vastitatem. Socii *nefario bello lacessiti* hanc eficerent vastitatem: los amigos *heridos por una guerra injusta..., que habían sido heridos.* Quae (vita) me *manens* conficeret angoribus, *dimissa* molestiis omnibus liberaret.

2) Refiriéndose al objeto. Tu provincias consulares *lege Sempronia per Senatum decretas* rescidisti. Horatius Cocles ad suos tranavit, rem ausus *plus*

famae habituram ad posteros quam fidei. Pisistratus primus Homeri libros, *confusos antea,* sic dispusuisse dicitur ut nunc habemus. L. Catilinam, *furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molientem, vobis atque huic urbi ferrum flammamque minitantem,* ex urbe vel eiecimus vel emisimus.

3) Refiriéndose al sustantivo predicativo. Custos virtutum omnium, *dedecus fugiens laudemque maxime consequens,* verecundia est. Hae sunt divitiae certae, *perpetuo permansurae.*

4) Refiriéndose al término indirecto. Capuae *amissae* Tarentum captum aequabant. *Acceptae cladi* vi pulsos Romanos opponebant.

5) Refiriéndose á un genitivo atributivo, etc. *Capti* oppidi signum ex muro tollunt. Barbarus cum quidam ob iram *interfecti ab eo domini* obtruncavit. Caesar Calpurniam, L. Pisonis filiam, *succesuri* sibi in consulatu, duxit uxorem.

6) Refiriéndose á un ablativo. *Oblato* falso crimine insontem oppressit. Tempore *illi praecepto.*

7) Refiriéndose á un nombre con preposición. Cum de homine *occiso* quaeratur. Post civitatem *a L. Bruto liberatam.* Sabini ab re *priore anno bene gesta* feroces. *Ob erepta* bona patriamque *ademptam.*



XXXII. Dein se ex curia domum proripuit. Ibi multa secum ipse volvens, quod neque insidiae consuli procedebant, et ab incendio intellegebat urbem vigiliis munitam optumum factu credens, exercitum augere, ac, prius quam legiones scriberentur, ante-

capere, quae bello usui forent; nocte intempesta cum paucis in Manliana castra profectus est. Sed Cethego atque Lentulo ceterisque, quorum cognoverat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirment, insidias consuli maturent, caedem, incendia aliaque belli facinora parent: sese propediem cum magno exercitu ad urbem accessurum.

Ejercicio: Participios de los párrafos 28, 29, 30, 31, 32, añadiendo á quién se refiere cada uno.

33

Gerundivo y gerundio

El gerundivo es un adjetivo verbal *-nd-us*, *-nd-a*, *-nd-um*, oriundo de adjetivo con valor de participio presente, como *sec-undus*, *ori-undus, labu-ndus*. El neutro *-ndum* tomó valor abstracto, como el neutro de los adjetivos, *malum*, *bonum*, y *ama-ndum*, que equivale á nombres verbales en *-tio*, pero que admite casos y adverbios, como participial que es. Tal forma neutra es el llamado gerundio, cuyos casos suplen al infinitivo, que no se declina. *Observandum* nobis est mores. Sapientia ars *vivendi* putanda est. Hostes erant et virtute et numero *pugnando* pares nostri. *Obtemperandum* nobis esse legibus censeo. *Ad discendum* propensi sumus. Hominis mens *discendo* alitur et *cogitando*.

Como los nombres en *-tio*, tomó con *est* el gerundivo valor de necesidad: Istaec magis *tua curatio est*.

Nunc mihi cautio est ne... obiexim moram. *Pugnandum* est. Nobis acriter *pugnandum* est pro patria.

Con casos el gerundio. *Serendum* viciam, lentem, circeculam. Nemo unquam sapiens proditori *credendum*. *Obliviscendum* est nobis iniuriarum acceptarum. Suo cuique iudicio *utendum* est.

El gerundivo como predicativo. Leges nobis *observandae* sunt. Semper ita vivamus, ut rationem *reddendam* nobis arbitremur.

Gerundivo final, como predicativo. Urbs a duce militibus *diripienda* data est. Diomedon Epaminondam pecunia *corrumpendum* suscepit.

Gerundivo atributivo. Liber *legendus*, navis *regenda*.

El gerundio y el gerundivo no se distinguen más que en que el primero, como neutro, no concierta con el sustantivo. Veámoslos con los varios casos:

Con genitivo, son atributos. Neque *consilii habendi* (gerundivo), neque *arma capiendi* (gerundio) spatio dato. Viri boni sequuntur naturam, optimam bene *vivendi ducem* (gerundio). *Pecuniae* non *quaerendae* solum ratio est, verum etiam *collocandae* (gerundivo).

Con dativo, indican finalidad. Apparuit campos patentis *bello gerendo* Romanis aptos non esse. Equites *tegendo* satis latebrosum locum (gerundio). Civitates non sunt *solvendo*. Iuri et legibus *cognoscendis* studere. Praeesse agro *colendo* flagitium putas. Quem diem *patrando* facinori statuerat.

Con acusativo y *ad, in, inter, ob, circa, erga, propter, ante*. Con acusativo de objeto se prefiere el gerundivo, como vimos. Non solum *ad dicendum* propensi sumus, verum etiam *ad docendum*. Quicquid

habuit virium id *in* eorum libertatem *defendendam* contulit. *Inter* rem *agendam* istam herae huic respondi. *Ob expellendum* urbe Ciceronem plebeio homini in adoptionem se dedit. *Propter* auspicia *repetenda* in urbem proficiscente. Fama *erga* haec *explicanda*.

Con ablativo para el motivo, el medio, la condicion, el modo. Con *ab*, *ex, de, in,* casi siempre el gerundivo. Gaudere nosmet *omittendis* doloribus. Lycurgi leges laboribus erudiunt iuventútem, *venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, aestuando. Lacessendo quietos*, resistentibus *cedendo* dies absumebatur. Lex est recta ratio *in iuvendo* et *vetando*. Summa voluptas *ex dicendo* capitur. Consilium *de occludendis aedibus. Pro liberanda* amica.

***

XXXIII. Dum haec Romae geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Marcium Regem mittit, cum mandatis huiuscemodi:

„Deos hominesque testamur, Imperator, nos arma neque contra patriam cepisse, neque quo periculum aliis faceremus, sed uti corpora nostra ab iniuria tuta forent; qui miseri, egentes, violentia atque crudelitate feneratorum plerique patria, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus; neque, cuiquam nostrum licuit, more maiorum, lege uti, neque, amisso patrimonio, liberum corpus habere: tanta saevitia feneratorum atque Praetoris fuit. Saepe maiores vestrum, miseriti plebis Romanae, decretis suis inopiae opitulati sunt: ac novissume memoria nostra, propter magnitudinem aeris alieni, volentibus omnibus bonis, argentum aere solutum est. Saepe ipsa

plebes, aut dominandi studio permota, aut superbia magistratuum, armata a patribus secessit. At nos non imperium neque divitias petimus, quarum rerum caussa bella atque certamina omnia inter mortalis sunt; sed libertatem, quam nemo bonus, nisi cum anima simul, amittit. Te atque Senatum obtestamur, consulatis miseris civibus; legis praesidium, quod iniquitas Praetoris eripuit, restituatis; neve nobis eam necessitudinem imponatis, ut quaeramus, quonam modo maxume, ulti sanguinem nostrum, pereamus."

Ejercicio: Gerundivos y gerundios de los párrafos 28, 29, 30, 31, 32, 33, con su preposición y nombre, cuando lo llevan.

34

2.—Con relativo

Los relativos *qui, qualis, quantus, quicumque, quisquis, quisque* introducen la subordinada, que equivale á cualquiera adjetivo de la principal, y se refieren al demostrativo tácito ó expreso del nombre correspondiente en ella. Hostes (*illi*) *qui fugiunt*, non sunt timendi. *Ea, quae vera sunt*, dicam. Plerique perverse amicum *talem* volunt, *quales ipsi esse non possunt.* Ut ab eo acciperent... pecuniam *(tantam)*, *quantam vellent. Quod turpe est, (id)* contemnere debemus. *Cui boni favent*, (is) bonus; *quem boni oderunt*, (is) malus habetur. Utile est uti motu animi (eum), *qui uti ratione* non potest.

Como se ve, se omite á menudo el antecedente. Otras veces se repite el sustantivo tras el adjetivo, al uso forense. Erant omnino itinera duo, *quibus itineribus domo exire possent.* Praedia in aestimationem accepit, *quae praedia Laberius emerat.*

En vez del relativo adjetivo, puede ponerse el relativo adverbial, *ubi*, *unde*, *quo*, sobre todo tratándose de lugares. Quae civitates propinquae his locis erant, *ubi bellum gesserat.* Diodorus homo et domi nobilis et apud eos, *quo se contulit*, propter virtutem splendidus et gratiosus. Quasi iam divinarem illo exstincto fore, *unde discerem*, neminem.

El caso del relativo es el que pide la subordinada. Ea est iucundissima amicitia, *quam similitudo morum coniugavit.* Sin embargo, aunque no tanto como en griego, el relativo va á veces por atracción en el caso que pide el verbo de la principal; sobre todo en frases elípticas. Imitamur *quos* cuique *visum* est (imitari). *Quem videbitur*, praeficies Thesprotiae (quem praeficere tibi videbitur).

Otras veces en poesía, no ya el relativo el caso de su sustantivo, sino el sustantivo toma el caso del relativo: es la atracción inversa. *Urbem quam* statuo, vestra est (por *urbs). Pulli qui* nascentur, eos deprimito (por *pullos.)*

Cuando el relativo se refiere á toda la proposición ó al predicado, va en neutro singular ó pónese *quae res;* las aclaraciones parentéticas de una palabra, con *is, qui*, y respecto de toda la proposición con *id*, *quod.* Sapientes soli, *quod est proprium divitiarum,* contenti rebus suis... Contemnamus Babylonios, *eos, qui numeris stellarum cursus et motus persequuntur.* Non suspicabatur *(id quod nunc sentiet)* satis multos

testes nobis reliquos esse. Omnes Uticam relinquunt et, quo imperatum est, transeunt: *quae res* omnium rerum copia complevit exercitum.

***

Q. HORATII FLACCI

EPISTOLA

AD PISONES

Humano capiti cervicem pictor equinam
iungere si velit, et varias inducere plumas
undique collatis membris, ut turpiter atrum
desinat in piscem mulier formosa superne:
spectatum admissi risum teneatis, amici?
Credite, Pisones, isti tabulae fore librum
persimilem, cuius, velut aegri somnia, vanae
fingentur species, ut nec pes nec caput uni
reddatur formae. «Pictoribus atque poetis
«quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.».
Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim,
sed non ut placidis coeant immitia, non ut
serpentes avibus geminentur, tigribus agni.
Inceptis gravibus plerumque et magna professis
purpureus, late qui splendeat, unus et alter,
adsuitur pannus, cum lucus et ara Dianae
et properantis aquae per amoenos ambitus agros,

aut flumen Rhenum aut pluvius describitur arcus.
Sed nunc non erat his locus. Et fortasse cupressum
scis simulare: quid hoc, si fractis enatat exspes
navibus, aere dato qui pingitur? Amphora coepit
institui: currente rota cur urceus exit?
Denique sit quodvis simplex dumtaxat et unum.

Ejercicio: Subordinadas con relativo de los párrafos 30, 31, 32, 33, añadiendo el demostrativo antecedente, tácito ó expreso, al cual cada relativo se refiere.

35

Los modos en las subordinadas relativas.

1) El indicativo se usa, cuando se refiere á la realidad, y como ya vimos, aun con indefinidos, como *quisquis*, etc. Deus est, qui omnem hunc mundum *regit*.

2) El latín prefiere el subjuntivo, siempre que haya alguna relación lógica entre la subordinada y subordinante, como expresándose en la subordinada el motivo, la consecuencia, el intento. Nunquam laudari satis digne philosophia poterit, *cui* qui pareat, omne tempus aetatis sine molestia *possit* degere. Dictator, *ut qui* magis animis quam viribus fretus ad certamen *descenderet*, omnia circumspicere coepit. Messanam sibi urbem delegerat, *quam haberet* adiutricem scelerum. Sapientia est una, *quae* moestitiam *pellat* ex animis, *quae* nos exhorrescere metu non sinat.

3) De aqui, cuando hay *et*, *sed* ante el relativo. Exierant cum ipso Crasso duo adulescentes et Drusi

maxime familiares, *et in quibus* magnam tum spem maiores natu dignitatis suae *collocarent.*

4) También de aquí el que *qui* con subjuntivo sirva para indicar una consecuencia tras *is, talis, tam* y *tantus*, con *nemo*, etc, comparativo con *quam, aptus, dignus, est, sunt*, etc, *nemo est qui, quid est quod?* Non tu *is* es, *qui*, qui sis, *nescias. Talem* te esse oportet, *qui* te ab impiorum civium societate *seiungas. Nemo* omnium *tam* est immanis, *cuius* mentem non *imbuerit* deorum opinio. *Maior* sum *quam* cui *possit* Fortuna nocere. Forsitan non *indigni* sumus, *qui* nobismet ipsi multam *irrogemus.* Si *est* enim *quod desit*, ne beatus quidem est. *Nullum est* animal praeter hominem, *quod habeat* notitiam aliquam dei. *Nec quod mandem habeo, nec quod narrem.*

5) *Qui*, de ordinario con *quidem*, en oraciones restrictivas, con subjuntivo. Antiquissimi fere sunt, *quorum quidem scripta constent,* Pericles et Alcibiades. Omnium eloquentissimi, *quos ego audierim.*

6) Para que resalte la subordinada relativa, puede ponerse delante de la subordinante, con el demostrativo antecedente ó sin él. *Quam* quisque norit artem, in hac se exerceat. *Quae* prima innocentis mihi *defensio* est oblata, suscepi.

7) El sustantivo puede ir tambien detrás del relativo, aun comenzando por la principal. Habeo, *quas* ad eundem *titteras* misisti.

***

Maxima pars vatum, pater et iuvenes patre digni,
decipimur specie recti. Brevis esse laboro,

obscurus fio; sectantem levia nervi
deficiunt animique; professus grandia turget:
serpit humi tutus nimium timidusque procellae.
Qui variare cupit rem prodigialiter unam,
delphinum silvis appingit, fluctibus aprum.
In vitium ducit culpae fuga, si caret arte.
Aemilium circa ludum faber imus et ungues
exprimet et molles imitabitur aere capillos,
infelix operis summa, quia ponere totum
nesciet: hunc ego me, si quid componere curem,
non magis esse velim, quam pravo vivere naso
spectandum nigris oculis nigroque capillo.
Sumite materiam vestris, qui scribitis, aequam
viribus, et versate diu, quid ferre recusent,
quid valeant umeri. Cui lecta potenter erit res,
nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo.
Ordinis haec virtus erit et Venus, aut ego fallor,
ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
pleraque differat et praesens in tempus omittat;
hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.

Ejercicio: Relativos con subjuntivos de los parrafos 25, 26, 27, 28.

36

III.—Periodo subordinado adverbial

Corresponde la subordinada adverbial á un adverbio de la principal. Son de lugar, tiempo, modo, causa y comparación. Se expresan por medio del gerundio, del participio y de verbo finito con conjunción.

1. — CON PARTICIPIO

Cuando el sujeto de la subordinada es sujeto ú objeto de la principal, concuerda el participio en género, número y caso con el sustantivo al cual se refiere: es la construcción llamada *Participium coniunctum*: *Aristides*, patria *pulsus*, Lacedaemonem fugit, en vez de: Aristides, cum patria pulsus esset... *Cassandro mortuo* Philippus filius successit, en vez de: Cassandro, cum mortuus esset...

Cuando la subordinada tiene su propio sujeto, distinto del sujeto ú objeto de la principal, van el sujeto y su participio en ablativo: es la construcción llamada *Ablativi absoluti*: *Aristide* patria *pulso*, Persae Graecos aggressi sunt, en vez de: cum Aristides patria pulsus esset...

En ambos casos el participio introduce una subordinada adverbial de tiempo; úsase el ablativo en el segundo caso, por ser el caso que indica tiempo aun sin participio.

El participio, ya coniunctum ya absolutum, se usa para las siguientes subordinadas adverbiales.

1. *Temporales*. Aer, *effluens* huc et illuc, ventos efficit. *Haec dicentis* latus hasta transfixit. Hannibal Gracchum, *in insidias inductum*, sustulit. Caesar, *exploratis regionibus albente caelo*, omnes copias castris educit.

2) *Causales*. Dionysius, *cultros metuens tonsorios*, candenti carbone sibi adurebat capillum. C. Flaminium Caelius, *religione neglecta*, cecidisse apud Trasumenum scribit.

3) *Condicionales*. Quis est, qui, *totum diem iaculans*, non aliquando collineet. Cum mendaci

homini, ne *verum quidem dicenti*, credere solemus. Maximas virtutes iacere omnes necesse est, *voluptate dominante.*

4) *Concesivas*. á menudo con *tamen*. Ut oculus, sic animus, *se non videns*, alia cernit. Eo pertinet oratio ut, *perditis omnibus rebus*, tamen ipsa virtus se sustentare posse videatur.

5) *Finales*, con participio futuro activo, y á veces part. pres. act. Senones Galli ad Clusium venerunt, legionem Romanam castraque *oppugnaturi.*

6) *Modales*. Epaminondas *imperantem* patriam *Lacedaemoniis* relinquebat, quam acceperat *servientem.* Lucius Petrosidius aquilifer, *pro castris fortissime pugnans*, occiditur. Tarquinius et Tullia minor ...iunguntur nuptiis, *magis non prohibente Servio, quam approbante.*

Puede emplearse como ablativo absoluto el perfecto pasivo impersonal y el adjetivo neutro: *audito* =postquam auditum est. *Perfecto et concluso* neque virtutibus neque amicitiis usquam locum esse, si ad voluptatem omnia referantur, nihil praeterea est magno opere dicendum. Bellum *non necessario longius duci. Haud cuiquam dubio quin hostium essent.*

Tambien el adjetivo y el sustantivo pueden hacer de subordinada adverbial: Cicero *consul* coniurationem Catilinariam detexit=Cum Cicero consul esset...= *Consule Cicerone* detecta est coniuratio Catilinae. Per eos dies, *caelo sereno*, interdiu obscurata lux est. *Natura duce*, errari nullo pacto potest.

* * *

In verbis etiam tenuis cautusque serendis,
Dixeris egregie, notum si callida verbum
reddiderit iunctura novum. Si forte necesse est
indiciis monstrare recentibus abdita rerum,
fingere cinctutis non exaudita Cethegis
continget dabiturque licentia sumpta pudenter.
Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si
Graeco fonte cadant parce detorta. Quid autem
Caecilio Plautoque dabit Romanus, ademptum
Virgilio Varioque? Ego cur, acquirere pauca
si possum, invideor, quum lingua Catonis et Enni
sermonem patrium ditaverit et nova rerum
nomina protulerit? Licuit semperque licebit
signatum praesente nota producere nomen.
Ut silvae foliis pronos mutantur in annos,
prima cadunt: ita verborum vetus interit aetas,
et iuvenum ritu florent modo nata virentque.
Debemur morti nos nostraque: sive receptus
terra Neptunus classes Aquilonibus arcet,
regis opus, sterilisve diu palus aptaque remis
vicinas urbes alit et grave sentit aratrum;
seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis,
doctus iter melius; mortalia facta peribunt:
nedum sermonum stet honos et gratia vivax.

Ejercicio: Participios que en los párrafos 26, 27, 28, 29, introducen una subordinada, y añadiendo de qué clase es la subordinada.

37

2—De lugar con conjunción

Las conjunciones son *ubi, ubicumque, quā; unde, undecumque; quo, quocumque, quoquo* para el donde, de donde y á donde, y responden á los adverbios de lugar que hacen de antecedentes expresos ó tácitos *hic, istic, illic, ibi; hinc, istinc, illinc, inde; huc, istuc, illuc, eo, eodem*. Los modos como en las subordinadas relativas con relativo.

***

Multa renascentur, quae iam cecidere, cadentque
quae nunc sunt in honore, vocabula, si volet usus,
quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi.
Res gestae regumque ducumque et tristia bella
quo scribi possent numero, monstravit Homerus.
Versibus impariter iunctis querimonia primum,
post etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
grammatici certant et adhuc sub iudice lis est.
Archilochum proprio rabies armavit iambo:
hunc socci cepere pedem grandesque cothurni,
alternis aptum sermonibus et populares
vincentem strepitus et natum rebus agendis.
Musa dedit fidibus divos puerosque deorum
et pugilem victorem et equum certamine primum
et iuvenum curas et libera vina referre.
Descriptas servare vices operumque colores
cur ego si nequeo ignoroque, poeta salutor?
cur nescire pudens prave quam discere malo?

Versibus exponi tragicis res comica non vult;
indignatur item privatis ac prope socco
dignis carminibus narrari cena Thyestae.
Singula quaeque locum teneant sortita decentem.
Interdum tamen et vocem comoedia tollit,
iratusque Chremes tumido delitigat ore;
et tragicus plerumque dolet sermone pedestri
Telephus et Peleus, cum pauper et exsul uterque
proiicit ampullas et sesquipedalia verba,
si curat cor spectantis tetigisse querela.

Ejercicio: Subordinadas de lugar con conjunción en los párrafos 27, 28, 29, 30, 31.

38

3—De tiempo con conjunción

1) Siendo el mismo el tiempo en la subordinada y subordinante: *cum, quando, quandocumque, quando que, quandiu, quoad, dum, donec.*

2) Siendo posterior el de la subordinada: *cum, postquam, ut, ubi, simul atque, simul ac, simul ut, simul, cum primum, ut* ó *ubi primum, ex quo.*

3) Siendo anterior el de la subordinada: *antequam, priusquam, dum, donec.*

Los antecedentes son los adverbios demostrativos: *cum... tum (tunc), quamdiu... tamdiu.*

***

Non satis est pulchra esse poemata: dulcia sunto,
et quocumque volent, animum auditoris agunto.

Ut ridentibus arrident, ita flentibus adsunt
humani vultus. Si vis me flere, dolendum est
primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia laedent,
Telephe vel Peleu; male si mandata loqueris,
aut dormitabo aut ridebo. Tristia moestum
vultum verba decent, iratum plena minarum,
ludentem lasciva, severum seria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
fortunarum habitum, iuvat aut impellit ad iram,
aut ad humum moerore gravi deducit et angit;
post effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis absona dicta,
Romani tollent equites peditesque cachinnum.
Intererit multum, Davusne loquatur herusne,
maturusne senex an adhuc florente iuventa
fervidus, et matrona potens an sedula nutrix,
mercatorne vagus cultorne virentis agelli,
Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis.
Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge.
Scriptor honoratum si forte reponis Achillem,
impiger, iracundus, inexorabilis, acer
iura neget sibi nata, nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox invictaque, flebilis Ino,
perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.
Si quid inexpertum scenae committis, et audes
personam formare novam: servetur ad imum,
qualis ab incepto processerit, et sibi constet.

Ejercicio: Subordinadas de tiempo en los párrafos 28, 29, 30, 31.

39

4.—Temporales con *cum*

1) La subordinada lleva *cum* é indicativo, cuando en ella y la subordinante es igual el tiempo, sea principal, sea histórico: ambas acciones corren paralelas y como separadas. Amicum *cum vides*, *oblivíscere* miserias. *Cum* satis se confirmasse *arbitratus est*, certiorem *facit* Datamen. Non *dubitabo* dare operam ut te videam, *cum* id satis commode facere *potero*. Fulgentes gladios *videbant* Decii, *cum* in aciem eorum *irruebant*. *Cum* diutius in negotio curaque *fueram*, ut requiscerem... ad Carpinatii tabulas *revertebar*.

2) Cuando la subordinada describe lo de la principal, lleva indicativo perf. hist. ó pres. his., la principal imperf. ó pluscpf.; ó al revés. *Cum* Caesar in Galliam *venit*, alterius factionis principes *erant* Haedui, alterius Sequani. *Cum redeo*, Hortensius *venerat* et ad Terentiam salutatum *deverterat*; sermone *erat usus* honorifico erga me. *Fuit* quoddam tempus, *cum* in agris homines passim bestiarum more *vagabantur* et sibi victu fero vitam *propagabant*. Ligarius eo tempore *paruit, cum* parere senatui necesse *erat*.

3) Con subjuntivo la subordinación es más íntima y trabada, la principal en perfecto indica generalmente el hecho, y la subordinada en imperf.ó pluscpf. subjuntivo el tiempo de ese hecho y su fundamento. Alexander, *cum interemisset* Clitum, familiarem suum, vix a se manus *abstinuit*. Ut *cum* ibi *essem, audiebam*.

***

Difficile est proprie communia dicere; tuque
rectius Iliacum carmen deducis in actus,
quam si proferres ignota indictaque primus.
Publica materies privati iuris erit, si
non circa vilem patulumque moraberis orbem,
nec verbum verbo curabis reddere fidus
interpres, nec desilies imitator in artum,
unde pedem proferre pudor vetet aut operis lex.
Nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim:
«Fortunam Priami cantabo et nobile bellum.»
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte:
«Dic mihi, Musa, virum, captae post tempora Troiae
«qui mores hominum multorum vidit et urbes.»
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,
Antiphaten Scyllamque et cum Cyclope Charybdin;
nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
nec gemino bellum Troianum orditur ab ovo;
semper ad eventum festinat et in medias res,
non secus ac notas, auditorem rapit, et quae
desperat tractata nitescere posse, relinquit,
atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet,
primo ne medium, medio ne discrepet imum.

Ejercicio: Temporales con *cum* en los párrafos 6, 7, 8, 9, 10.

40

5.—*Cum* DISTRIBUTIVO Y CAUSAL

Valor copulativo y distributivo tiene *cum...tum*, llevando la subordinada *cum* á indicativo ó subjuntivo conforme á lo que acabamos de ver; *cum* indica algo común y de menor momento, *tum* añade algo más particular y grave. *Cum* te semper *amavi dilexique*, *tum* mei amantissimum *cognovi* in omni varietate rerum mearum. *Cum* te semper tantum *dilexerim*, quantum tu intellegere potuisti, *tum* his tuis factis sic *incensus sum* (perf. pres.) ut nihil unquam in amore fuerit ardentius.

Cum con subjuntivo puede ser causal lógico y entonces puede ir en cualquier tiempo, en lo que difiere del *cum* temporal. *Cum sint* in nobis consilium, ratio, prudentia, necesse est deum haec ipsa habere maiora. *Quod* y *quia* indican la causa física ó la moral motiva; *cum* el enlace lógico: *quia* nox *est*, stellae apparent; *quia* tempestas serena *est*, ambulamus. *Cum* se emplea dando la razón y trabazón lógica, y también el motivo moral, como algo lógico: Dionysius, *cum* in communibus suggestis consistere non *auderet*, concionari ex turri alta solebat.

Valor concesivo tiene *cum* ó de oposición con *tamen*. *Cum* facile omnes *vincat* superiores, tum indicat *tamen* quantum absit á summo. *Cum* multa *sint* in philosophia gravia et utilia, latissime patere videntur ea quae de officiis tradita sunt. (Homo) est ex tot animantium generibus particeps rationis, *cum* cetera sint omnia expertia (mientras que).

* * *

Tu, quid ego et populus mecum desideret, audi.
Si plausoris eges aulaea manentis et usque
sessuri, donec cantor »Vos plaudite« dicat;
aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
mobilibusque decor naturis dandus et annis.
Reddere qui voces iam scit puer et pede certo
signat humum, gestit paribus colludere et iram
colligit ac ponit temere et mutatur in horas.
Imberbis iuvenis, tandem custode remoto,
gaudet equis canibusque et aprici gramine campi,
cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
utilium tardus provisor, prodigus aeris,
sublimis cupidusque et amata relinquere pernix.
Conversis studiis aetas animusque virilis
quaerit opes et amicitias, inservit honori,
commisisse cavet, quod mox mutare laboret.
Multa senem circumveniunt incommoda, vel quod
quaerit et inventis miser abstinet ac timet uti,
vel quod res omnes timide gelideque ministrat,
dilator, spe longus, iners, pavidusque futuri,
difficilis, querulus, laudator temporis acti
se puero, castigator censorque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda secum,
multa recedentes adimunt. Ne forte seniles
mandentur iuveni partes pueroque viriles:
semper in adiunctis aevoque morabimur aptis.
Aut agitur res in scenis, aut acta refertur.
Segnius irritant animos demissa per aurem,
quam quae sunt oculis subiecta fidelibus et quae
ipse sibi tradit spectator. Non tamen intus
digna geri promes in scenam, multaque tolles

ex oculis, quae mox narret facundia praesens:
ne pueros coram populo Medea trucidet,
aut humana palam coquat exta nefarius Atreus,
aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem.
Quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.

Ejercicio: *cum* distributivo, causal en los párrafos 11, 12, 13, 14, 15.

41

6—*Quando, postquam, ut, ubi, simul, simul atque.*

1) Solamente con indicativo, menos en los casos generales ya conocidos; *postquam* y *ubi* con indicativo y á veces con subjuntivo. Hostes, *ubi primum* nostros equites *conspexerunt*, impetu facto celeriter nostros *perturbaverunt*. *Postquam* mare *transiit* in Hispaniamque *venit*, magnas res secunda *gessit* fortuna. *Ut* finem orationi Coenus imposuit, clamor undique cum ploratu *oritur*. Nostri, *simul* in arido constiterunt, in hostes impetum *fecerunt*. *Ut* quisque istius animum aut oculos *offenderat*, in latumias statim *coniciebatur*. *Ubi prandero*, *dabo* operam somno.

2) *Postquam*, *ubi*, *ut* con subjuntivo ó con indicativo son como *cum* con estos mismos modos. Mithridates, *posteaquam* maximas *aedificasset ornassetque* classes exercitusque permagnos *comparasset* et se Bosporanis, finitimis suis, bellum inferre *simularet*, usque in Hispaniam legatos misit.

***

Neve minor neu sit quinto productior actu
fabula, quae posci vult et spectata reponi.
Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus
inciderit; nec quarta loqui persona laboret.
Actoris partes chorus officiumque virile
defendat, neu quid medios intercinat actus,
quod non proposito conducat et haereat apte.
Ille bonis faveatque et consilietur amice,
et regat iratos et amet peccare timentes;
ille dapes laudet mensae brevis, ille salubrem
iustitiam legesque et apertis otia portis;
ille tegat commissa, deosque precetur et oret,
ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.
Tibia non, ut nunc, orichalco iuncta tubaeque
aemula, sed tenuis simplexque foramine pauco
adspirare et adesse choris erat utilis, atque
nondum spissa nimis complere sedilia flatu:
quo sane populus numerabilis, utpote parvus,
et frugi castusque verecundusque coibat.
Postquam coepit agros extendere victor, et urbem
latior amplecti murus, vinoque diurno
placari Genius festis impune diebus;
accessit numerisque modisque licentia maior.
Indoctus quid enim saperet liberque laborum
rusticus urbano confusus, turpis honesto?
Sic priscae motumque et luxuriem addidit arti
tibicen traxitque vagus per pulpita vestem.
Sic etiam fidibus voces crevere severis,
et tulit eloquium insolitum facundia praeceps,
utiliumque sagax rerum et divina futuri
sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

Ejercicio: Subordinadas con *quando*, *postquam*, *ut ubi*, *simul* de los párrafos 11, 12, 13, 14, 15.

42

7.—*Priusquam*, *antequam*

1) Con presente indicativo ó subjuntivo, según que se trate de indicar solo el tiempo ó también el intento ó posibilidad, etc; la subordinante en presente ó futuro. Nunc, *antequam* ad sententiam *redeo*, de me pauca *dicam*. *Prius* respondes *quam rogo*. *Antequam* de praeceptis oratoriis *dicamus*, *videtur* dicendum de genere ipsius artis. In omnibus negotiis, *priusquam aggrediare*, *adhibenda* est praeparatio diligens. Nunquam *eris* dives, *antequam* tibi ex tuis possessionibus tantum *reficiatur* ut.

2) Con perfecto indicativo, raro de subjuntivo, tratándose de acción acabada. Membris *utimur*, *priusquam didicimus* cuius ea utilitatis causa habeamus. *Antequam* tuas *legi* literas, hominem ire *cupiebam*. Nec *ostenderunt* bellum, *prius quam intulerunt*.

3) Con futuro indicativo, tratándose de lo venidero. Non defatigabor, *antequam* illorum ancipites vias rationesque *percepero*.

4) Con imperfecto ó pluscpf. de subjuntivo, tratándose de cosa pasada en la sobordinante. Difiere en estos tiempos con *priusquam*, *antequam* el uso indicativo del de subjuntivo, lo mismo que con *cum* y *ubi*, *postquam*. *Priusquam* se hostes ex terrore ac fuga *reciperent*, in fines Suessionum exercitum duxit. Quae causa

ante mortua est, quam tu *natus esses.* Numidae, *priusquam* ex castris *subveniretur*, in proximos collis *discedunt.*

***

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
mox etiam agrestes Satyros nudavit, et asper
incolumi gravitate iocum tentavit eo, quod
illecebris erat et grata novitate morandus
spectator functusque sacris et potus et exlex.
Verum ita risores, ita commendare dicaces
conveniet Satyros, ita vertere seria ludo,
ne, quicumque deus, quicumque adhibebitur heros
regali conspectus in auro nuper et ostro,
migret in obscuras humili sermone tabernas,
aut, dum vitat humum, nubes et inania captet.
Effutire leves indigna tragoedia versus,
ut festis matrona moveri iussa diebus,
intererit Satyris paulum pudibunda protervis.
Non ego inornata et dominantia nomina solum
verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo
nec sic enitar tragico differre colori,
ut nihil intersit, Davusne loquatur et audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum,
an custos famulusque dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis
speret idem, sudet multum frustraque laboret
ausus idem: tantum series iuncturaque pollet,
tantum de medio sumptis accedit honoris.
Silvis deducti caveant me iudice Fauni,
ne velut innati triviis ac paene forenses,
aut nimium teneris iuvenentur versibus umquam,

aut immunda crepent ignominiosaque dicta.
Offenduntur enim, quibus est equus et pater et res,
nec, si quid fricti ciceris probat et nucis emptor,
aequis accipiunt animis donantve corona.

Ejercicio: Subordinadas con *priusquam, antequam,* en los párrafos 16, 17, 18, 19, 20.

43

8.—*Dum, donec, quoad*

1) Con indicativo significando *en tanto que*, y de ordinario en imperfecto; en la principal imperfecto ó perfecto; ó en la subordinada perfecto y en la principal imperfecto. Pero cuando se trata de cosa presente, ambas llevan presente, y cuando de cosa venidera, ambas futuro y aun presente. *Fuit* Lacedaemoniorum gens fortis, *dum* Lycurgi leges *vigebant.* Macedemones, *usque dum* ordines et veluti stipata phalanx *constabat*, moveri *nequiverunt. Dum* Carthaginienses incolumes *fuere*, iure omnia saeva *patiebamur*. *Dum* timor *abest*, a te non *discedit* audacia. Gracchus *tandiu laudabitur*, *dum* memoria rerum Romanarum *manebit. Donec eris* felix, multos *numerabis* amicos.

Dum significa también *mientras* con indicativo de cualquier tiempo é indica que mientras se verifica lo de la secundaria se verifica lo de la principal; la principal á menudo lleva *interea*, *interim*. *Dum* his intentus imperator *erat*, altercatio *orta* (est) de auspicio eius dici. In has clades *incidimus, dum* metui quam cari esse et deligi maluimus.

2) Con indicativo ó subjuntivo, cuando se indica un término; la principal suele llevar *tadiu, tantisper, usque adeo usque, usque adeo*. Con indicativo el término es símplemente temporal. Ego in Arcano *opperior*, *dum* ista *cognosco.* Quod *usque* id *emit, quoad* in aliquo *consistit* pretium. Epaminondas *usque eo* (ferrum) *retinuit, quoad renuntiatum est* vicisse Boeotos. Mihi *usque* curae *erit*, quid agas, *dum* quid egeris *sciero*. Con subjuntivo, tratándose de un término intentado ó aguardado. Exspecta, amabo te, *dum* Atticum *conveniam.* Subsedi in ipsa via, *dum* haec tibi *perscriberem.* Nunc Scaevola paulum requiescet, *dum* se calor *frangat.*

***

Syllaba longa brevi subiecta vocatur iambus,
pes citus: unde etiam trimetris accrescere iussit
nomen iambeis, cum senos redderet ictus
primus ad extremum similis sibi: non ita pridem,
tardior ut paulo graviorque veniret ad aures,
spondeos stabiles in iura paterna recepit
commodus et patiens, non ut de sede secunda
cederet aut quarta socialiter. Hic et in Acci
nobilibus trimetris apparet rarus, et Enni
in scenam missos cum magno pondere versus,
aut operae celeris nimium curaque carentis,
aut ignoratae premit artis crimine turpi.
«Non quivis videt immodulata poemata iudex,
«et data Romanis venia est indigna poetis.»
Idcircone vager scribamque licenter? an omnes
visuros peccata putem mea, tutus et intra
spem veniae cautus? Vitavi denique culpam,

non laudem merui. Vos exemplaria Graeca
nocturna versate manu, versate diurna.
At vestri proavi Plautinos et numeros et
laudavere sales, nimium patienter utrumque,
ne dicam stulte, mirati; si modo ego et vos
scimus inurbanum lepido seponere dicto
legitimumque sonum digitis callemus et aure.
Ignotum tragicae genus invenisse Camenae
dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis,
quae canerent agerentque peruncti faecibus ora.
Post hunc personae pallaeque repertor honestae
Aeschylus et modicis instravit pulpita tignis,
et docuit magnumque loqui nitique cothurno.
Sucessit vetus his comoedia, non sine multa
laude; sed in vitium libertas excidit et vim
dignam lege regi: lex est accepta, chorusque
turpiter obticuit sublato iure nocendi.

Ejercicio: Subordinadas con *dum, donec, quoad* en los párrafos 21, 22, 23, 24, 25.

44

9—Causales

Con las conjunciones temporales *quando, quandoquidem, quoniam, cum*, y con *quod, quia*. Excepto *cum* con subjuntivo, que expresa la causa lógica y se vió al hablar de las temporales, las demás indican la causa real ó moral y por lo mismo se construyen con indicativo, aunque con subjuntivo, como las principales que llevan una afirmación.

Quod y *quia* valen lo mismo; pero cuando la causa es objeto del predicado de la principal, se usa *quod*, no *quia*: Gaudeo *quod* vales. *Quando, quandoquidem, quoniam* se emplean, cuando la causa es confirmativa. *Quoniam* iam nox est, in vestra tecta discedite. Noctu ambulabat in publico Themistocles, *quod* somnum capere non *posset*. Sapiens legibus non propter metum paret, sed eas sequitur, *quia* id salutare maxime esse iudicat. Concedo et *quod* animus aequus est, et *quia* necesse est.

Con *non quod, non quia, non eo,* etc, hay indicativo, si el hecho es real; subjuntivo, si la causa es supuesta. *Non idcirco* eorum usum dimiseram, *quod* iis *succenserem*, sed *quod* eorum me *suppudebat*. Me accusas, *non quod* tuis rationibus non *assentiar*, sed *quod* nullis. *Non quo* ipse locum omnino ubi ea poneret *nullum haberet*, sed *quod*, si domum abstulisset, non diu Scipionis *appellarentur*.

***

Nil intentatum nostri liquere poetae;
nec minimum meruere decus, vestigia Graeca
ausi deserere et celebrare domestica facta,
vel qui praetextas vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret clarisque potentius armis,
quam lingua, Latium, si non offenderet unum-
quemque poetarum limae labor et mora. Vos, o
Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non
multa dies et multa litura coercuit atque
perfectum decies non castigavit ad unguem.
Ingenium misera quia fortunatius arte
credit et excludit sanos Helicone poetas

Democritus, bona pars non ungues ponere curat,
non barbam, secreta petit loca, balnea vitat.
Nanciscetur enim pretium nomenque poetae,
si tribus Anticyris caput insanabile numquam
tonsori Licino commiserit. O ego laevus,
qui purgor bilem sub verni temporis horam!
Non alius faceret meliora poemata; verum
nil tanti est. Ergo fungar vice cotis, acutum
reddere quae ferrum valet, exsors ipsa secandi:
munus et officium, nil scribens ipse, docebo,
unde parentur opes, quid alat formetque poetam,
quid deceat, quid non, quo virtus, quo ferat error.

Ejercicio: Causales con *quando*, *quoniam*, *cum*, *quod*, *quia* en los párrafos 26, 27, 28, 29, 30.

45

10.—De consecuencia *ut*, neg. *ut non* (*ut nemo*, etc.)

Distínguese de la sustantiva con *ut* y subjuntivo en que solo indica una circunstancia adverbial de la principal: Hortensius ardebat dicendi cupiditate, *ut* in nullo unquam flagrantius studium viderim. En la sustantiva, por el contrario, no tiene sentido completo la principal prescindiendo de la subordinada que la completa: *est ut* plerique philosophi nulla tradant praecepta dicendi.

Al *ut* responden en la principal, callados ó expresos, los demostrativos adverbiales *sic, ita, tam, tantopere, adeo, eo, usque eo, cum eo*, ó los demostra-

tivos adjetivos *talis, is, hic, iste, eiusmodi, tantus, tot*. *Sic* dicet orator, quem expetimus, *ut* verset saepe multis modis eandem et unam rem. Quis *tam* demens, *ut* sua voluntate moereat? *Ea condicione* nati sumus, *ut nihil*, quod homini accedere posit, recusare debeamus.

***

Scribendi recte sapere est et principium et fons:
rem tibi Socraticae poterunt ostendere chartae,
verbaque provisam rem non invita sequentur.
Quid didicit, patriae quid debeat, et quid amicis,
quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes,
quod sit conscripti, quod iudicis officium, quae
partes in bellum missi ducis: ille profecto
reddere personae scit convenientia cuique.
Respicere exemplar vitae morumque iubebo
doctum imitatorem, et vivas hinc ducere voces.
Interdum speciosa locis morataque recte
fabula, nullius Veneris, sine pondere et arte,
valdius oblectat populum meliusque moratur,
quam versus inopes rerum nugaeque canorae.
Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Musa loqui, praeter laudem nullius avaris.
Romani pueri longis rationibus assem
discunt in partes centum diducere. «Dicat
«filius Albini: Si de quincunce remota est
«uncia, quid superat?« Poterat dixisse: »triens.« Eu!
rem poteris servare tuam. Redit uncia, quid fit?
Semis.—At, haec animos aerugo et cura peculi
cum semel imbuerit, speramus carmina fingi

posse linenda cedro et levi servanda cupresso?
Aut prodesse volunt aut delectare poetae,
aut simul et iucunda et idonea dicere vitae.

Ejercicio: De consecuencia con *ut* en los párrafos 1, 2, 3, 4, 5.

46

11.—Finales con *ut, ne*

a) Con *ut,* negativamente *ne, ut ne,* siempre con subjuntivo, pues se trata de un intento subjetivo. Distínguense de las sustantivas como las de consecuencia: Romani ab aratro adduxerunt Cincinnatum *ut* dictator esset; mientras que la sustantiva es necesario complemento de la principal: cura *ut* bene vivas.

Responden en la principal al *ut* los adverbios *eo, ideo, idcirco, eo consilio* etc. Por *ut,* tambien *quo,* negat. *quo ne.* Legum *idcirco* omnes servi sumus, *ut* liberi esse possimus. *Eo* ad te *animo* venimus, *ut* de re publica esset silentium. *Eo* scripsi, *quo* in suadendo plus auctoritatis haberem.

***

Quidquid praecipies, esto brevis, ut cito dicta
percipiant animi dociles teneantque fideles:
omne supervacuum pleno de pectore manat.
Ficta voluptatis causa sint proxima veris:
ne, quodcumque volet, poscat sibi fabula credi,

neu pransae Lamiae vivum puerum extrahat alvo.
Centuriae seniorum agitant expertia frugis,
celsi praetereunt austera poemata Rhamnes:
omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
lectorem delectando pariterque monendo.
Hic meret aera liber Sosiis, hic et mare transit
et longum noto scriptori prorogat aevum.
Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus.
Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus et mens,
poscentique gravem persaepe remittit acutum;
nec semper feriet, quodcumque minabitur, arcus.
Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
offendar maculis, quas aut incuria fudit
aut humana parum cavit natura. Quid ergo est?
Ut scriptor si peccat idem librarius usque,
quamvis est monitus, venia caret; ut citharoedus
ridetur, chorda qui semper oberrat eadem:
sic mihi, qui multum cessat, fit Choerilus ille,
quem bis terve bonum cum risu miror; et idem
indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.
Verum operi longo fas est obrepere somnum.
Ut pictura, poesis erit; quae, si propius stes,
te capiat magis, et quaedam, si longius abstes.
Haec amat obscurum; volet haec sub luce videri,
iudicis argutum quae non formidat acumen;
haec placuit semel, haec decies repetita placebit.

Ejercicio: Finales con *ut, ne* en los párrafos 6, 7, 8, 9, 10.

47

12.—Condicionales

Son una clase de causales, pues la condición es como causa influyente en la condicionada. El latín tiene tres clases de condicionales: si quid *habes, habeas, haberes.*

1) *La primera,* que es la *condicional real,* con indicativo de cualquier tiempo y *si,* neg. *nisi,* cuando la condición se expresa como algo real: que se verifica la consecuencia, siempre que se verifique la condición. *Si* bellum *omittimus,* pace nunquam fruemur. *Nisi* qui naturas hominum penitus *perspexerit,* dicendo, quod volet, perficere non poterit. Rationem non fere reddebant, *nisi erat* numeris aut descriptionibus explicandum. Quid timeam, *si* aut non miser post mortem aut beatus etiam futurus *sum? Si* meis incommodis *laetabantur,* urbis tamen periculo commoverentur. Mirer, *si* vana vestra auctoritas ad plebem *est. Si* qua praeterea *sunt,* ab iis, *si videbitur,* qui ista disputant, quaeritote.

2) *La segunda,* que es *la condicional potencial,* con presente ó perfecto-presente, mas raramente imperfecto de subjuntivo, cuando la condición se expresa como algo (presente ó futuro) incierto y conjetural. Dies deficiat, *si velim* numerare... Litterae *si perlatae non sint,* nihil ea res nos offensura sit. Nonne igitur sapiens, *si* fame ipse *conficiatur,* abstulerit cibum alteri. *Si* gladium quis apud te sana mente *deposuerit,* repetat insaniens. Improbe feceris, *nisi monueris. Si* tibi nulla sitim *finiret* copia lymphae, narrares

medicis. Num igitur eum, *si* tum *esses*, temerarium civem aut crudelem *putares?*

Igualmente, cuando se toma la condición como algo futuro ó que se espera. Simplex conclusio reprehendetur, *si* id quod sequitur non *videatur* necessario, cum eo quod antecessit, cohaerere. Quae *si reiciamus*, illa quoque, unde haec nata sunt, *reiciamus*. Illustrare oratione *si* quis istas ipsas artes *velit*, ad oratoris ei *cofugiendum est* facultatem.

3) *La tercera*, que es la condicional *irreal* ó *imposible*, con imperfecto de subjuntivo, cuando la condición se expresa como algo que no ha de verificarse; con pluscuamperfecto, tratándose del pasado. Aliquanto amplius valerem, *si* hic *maneres*. *Si* id *scissem*, nunquam huc tetulissem pedem. Quod non fecissent profecto, *si* nihil ad eos pertinere *arbitrarentur*. Omnibus eum contumeliis onerasti, quem patris loco, *si* ulla in te pietas *esset*, colere debebas. Este caso con imperfecto ú otro histórico de indicativo en la principal se emplea, cuando se trate de deber, poder, saber, querer. Quae *si* dubia aut procul *essent*, tamen omnis bonos rei publicae subvenire *decebat*. *Nisi* felicitas in socordiam *vertisset*, exuere iugum *potuerunt*. Praeclare *viceramus*, *nisi* spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset Antonium. Sobre todo se usa el imperfecto.

La principal ó condicionada puede llevar variedad de tiempos en uno ú otro modo, según las leyes generales, como puede verse por los ejemplos: en el primer caso indicativo, imperativo, subjuntivo; en el segundo subjuntivo presente, perfecto ó aoristo con valor de presente; en el tercero subjuntivo imperfecto ó pluscuamperfecto.

La conjunción condicional si se usa mucho:

1) Como restrictiva, es decir, cuando la principal particulariza un caso de lo general expresado en la subordinada. *Si* cetera amisimus, hoc *saltem* nobis ut relinquatur. Dolorem opprimi dico patientia, *si modo* est aliqua patientia.

2) Como concesiva. Non possum disposite istum accusare, *si* cupiam.

3) Como causal. Cum apud Graecos antiquissimum e doctis genus sit poetarum, *si quidem* Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam.

***

O maior iuvenum, quamvis et voce paterna
fingeris ad rectum et per te sapis, hoc tibi dictum
tolle memor: certis medium et tolerabile rebus
recte concedi—consultus iuris et actor
causarum mediocris, abest virtute diserti
Messalae, nec scit quamtum Cascellius Aulus,
sed tamen in pretio est;—mediocribus esse poetis
non homines, non di, non concessere columnae.
Ut gratas inter mensas symphonia discors
et crassum unguentum et Sardo cum melle papaver
offendunt, poterat duci quia cena sine istis:
sic animis natum inventumque poema iuvandis,
si paulum summo decessit, vergit ad imum.
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis,
indoctusque pilae discive trochive quiescit,
ne spissae risum tollant impune coronae;
qui nescit, versus tamen audet fingere? Quidni?
liber et ingenuus, praesertim census equestrem
summam nummorum, vitioque remotus ab omni.

Tu nihil invita dices faciesve Minerva,
id tibi iudicium esto, ea mens: si quid tamen olim
scripseris, in Maeci descendat iudicis aures
et patris et nostras, nonumque prematur in annum,
membranis intus positis. Delere licebit,
quod non edideris; nescit vox missa reverti.

Ejercicio: 1. Condicionales de la 1.ª clase en los párrafos 11, 12, 13, 14, 15.

2. Condicionales de la 2.ª clase en los mismos.

3. Condicionales de la 3.ª clase en los mismos.

48

13.—Restrictivas

Son condicionales con *dum, dum nē, dummodo, dummodo ne,* y dejado el *dum, modo, modo ne*; el modo es el subjuntivo. *Dum* res *maneant,* verba fingantur arbitratu suo. Quidvis cupio, *dum ne* ab hoc falli me *comperiar*. Omnia postposui, *dummodo* praeceptis patris *parerem*. Nec habendum est religioni nocentem aliquando, *modo ne* nefarium impiumque, defendere.

***

Silvestres homines sacer interpresque deorum
caedibus et victu foedo deterruit Orpheus,
dictus ob hoc lenire tigres rabidosque leones,
Dictus et Amphion, Thebanae conditor urbis,
saxa movere sono testudinis et prece blanda
ducere, quo vellet. Fuit haec sapientia quondam,

publica privatis secernere, sacra profanis,
concubitu prohibere vago, dare iura maritis,
oppida moliri, leges incidere ligno:
sic honor et nomen divinis vatibus atque
carminibus venit. Post hos insignis Homerus
Tyrtaeusque mares animos in Martia bella
versibus exacuit; dictae per carmina sortes,
et vitae monstrata via est, et gratia regum
Pieriis tentata modis, ludusque repertus,
et longorum operum finis:—ne forte pudori
sit tibi Musa lyrae sollers et cantor Apollo.

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
quaesitum est. Ego nec studium sine divite vena
nec rude quid possit video ingenium: alterius sic
altera poscit opem res, et coniurat amice.
Qui studet optatam cursu contingere metam,
multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit,
abstinuit venere et vino. Qui Pythia cantat
tibicen, didicit prius extimuitque magistrum.

Nec satis est dixisse: «Ego mira poemata pango;
«occupet extremum scabies; mihi turpe relinqui est,
«et, quod non didici, sane nescire fateri.»
Ut praeco, ad merces turbam qui cogit emendas,
adsentatores iubet ad lucrum ire poeta
dives agris, dives positis in foenore nummis.
Si vero est, unctum qui recte ponere possit,
et spondere levi pro paupere, et eripere arctis
litibus implicitum; mirabor, si sciet inter-
noscere mendacem verumque beatus amicum.

Ejercicio: Restrictivas en los párrafos 16, 17, 18, 19, 20.

49

8.—Concesivas

Tambien son una clase de causales y se introducen con *etsi*, *etiamsi, tametsi, quanquam*, *quamvis;* la principal puede llevar *tamen, at, attamen, veruntamen*, *certe*, *at certe, saltem, nihilominus.* Expresan un pensamiento real ó posiblemente concedido, al cual contraría el pensamiento de la principal negando ó restringiendo la consecuencia que se deduce de la concesión. Fuera de *quamvis*, las demás conjunciones van con indicativo ó subjuntivo conforme á las reglas generales; *etiamsi* más comunmente con subjuntivo. Haec si tecum patria loquatur, nonne impetrare debeat, *etiamsi* vim adhibere non *possit? Etsi* nihil aliud Sullae nisi consulatum *abstulissetis*, tamen, eo vos contentos esse oportebat. Quis non illa omnia relinquat atque abiciat, *etiamsi* dinumerare se stellas arbitretur? Voluntate benefica benevolentia movetur, *etiamsi* res forte non *suppetit. Quanquam* omnis virtus nos ad se *allicit*, tamen iustitia et liberalitas id maxime efficit. *Quanquam* omnibus par paene laus *tribuatur*. *Quamvis* con subjuntivo de tiempo principal: *Quamvis sis* molestus, nunquam te esse confitebor malum.



Tu seu donaris seu quid donare voles cui,
nolito ad versus tibi factos ducere plenum
laetitiae; clamabit enim: »Pulchre!« »Bene!« »Recte!«

pallescet super his, etiam stillabit amicis
ex oculis rorem, saliet, tundet pede terram.
Ut quae conductae plorant in funere, dicunt
et faciunt prope plura dolentibus ex animo: sic
derisor vero plus laudatore movetur.
Reges dicuntur multis urgere culullis
et torquere mero, quem perspexisse laborant,
an sit amicitia dignus: si carmina condes,
numquam te fallant animi sub vulpe latentes.
Quinctilio si quid recitares, »Corrige, sodes,
»hoc« aiebat »et hoc.« Melius te posse negares
bis terque expertum frustra, delere iubebat,
et male tornatos incudi reddere versus.
Si defendere delictum quam vertere malles,
nullum ultra verbum aut operam insumebat inanem,
quin sine rivali teque et tua solus amares.
Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes,
culpabit duros, incomtis adlinet atrum
tranverso calamo signum, ambitiosa recidet
ornamenta, parum claris lucem dare coget,
arguet ambigue dictum, mutanda notabit,
Aristarchus fiet. Non dicet: »Cur ego amicum
»offendam in nugis?« Hae nugae seria ducent
in mala derisum semel exceptumque sinistre.

Ejercicio; Concesivas en los párrafos 21, 22, 23, 24, 25.

59

DE COMPARACIÓN

Sirve para comparar y son 1) de *modo*, tratándose de comparar ó medir calidades, 2) de *cantidad*, tratándose de cantidades.

1. *De modo*. Las conjunciones relativas en la subordinada son *ut, uti, sicut, sicuti, quemadmodum, quomodo*, mas raras veces *tanquam, quasi*, y en la subordinante, tácita ó expresamente, *ita, sic, item, itidem*. *Ut* magistratibus leges, *ita* populo praesunt magistratus. *Quomodo* hoc sit consequens illi, *sic* illud huic.

El *juramento*, con subjuntivo, á veces con *ne*. *Moriar*, si res aliter sese habet. *Ne* sim salvus, si aliter scribo ac sentio. O con *ita, sic* y subjuntivo, ó futuro indicativo, y lo jurado con *ut* é indicativo. Tecum esse, *ita* mihi omnia, quae opto, contingant, *ut* vehementer *velim!*

La *aposición*, con *ut*. Tu mihi videris Epicharmi, acuti nec insulsi hominis, *ut siculi*, sententiam sequi. Multae etiam, *ut in homine* Romano, litterae.

La *aceptación*, con *quasi*, irónicamente *quasi vero, tanquam, tanquam si, ut si, ac si, velut si*, con subjuntivo; en la principal *ita, sic, perinde, proinde*, etc. Stultissimum est in luctu capillum sibi evellere *quasi* calvitio moeror *levetur*. Parvi primo ortu *sic* iacent, *tanquam* omnino sine animo *sint*.

***

Ut mala quem scabies aut morbus regius urget
aut fanaticus error et iracunda Diana,
vesanum tetigisse timent fugiuntque poetam,
qui sapiunt; agitant pueri incautique sequuntur.
Hic, dum sublimis versus ructatur et errat,
si veluti merulis intentus decidit auceps
in puteum foveamve; licet »Succurrite« longum
clamet »Io cives!« non sit qui tollere curet.
Si curet quis opem ferre et demittere funem,
»qui scis, an prudens huc se proiecerit atque
»servari nolit?« dicam, Siculique poetae
narrabo interitum. Deus inmortalis haberi
dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
insiluit. Sit ius liceatque perire poetis:
invitum qui servat, idem facit occidenti.
Nec semel hoc fecit, nec, si retractus erit, iam
fiet homo et ponet famosae mortis amorem.
Nec satis apparet, cur versus factitet: utrum
minxerit in patrios cineres, an triste bidental
moverit incestus. Certe furit, ac velut ursus
obiectos caveae valuit si frangere clathros,
indoctum doctumque fugat recitator acerbus:
quem vero arripuit, tenet occiditque legendo,
non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

Ejercicio: Comparativas de modo en los párrafos 26, 27, 28, 29.

51

2. *De cantidad.*

a) *De igualdad.* Con *tam... quam, non tam... quam, tantum... quantum, tandiu... quandiu, totiens... quotiens, tantopere... quantopere.* Nihil est *tam* populare *quam* bonitas. Utinam *non tam* fratri pietatem, *quam* patriae praestare voluisset. *Tandiu* requiesco, *quandiu* ad te scribo.

Con *ac* (*atque*) y *par, idem, talis* etc. Hi quidem coluntur *aeque atque* illi. Virtus *eadem* in homine *ac* deo est.

Con *quam* y *aeque, non alius*, etc. Ne *aliter quam* ego velim, meum laudet ingenium.

b) *De superioridad* relativa. Con el comparativo y *quam*. Ignoratio futurorum malorum *utilior* est *quam* scientia. Quamvis sit eius nomen *quam* Solonis *illustrius*. Odisse plebem *plus* quam paterno odio.

Con el comparativo y ablativo. Quid est in homine *ratione divinius?* Herodotum cur *veraciorem* ducam *Ennio? Opinione celerius* venturus esse dicitur.

***

EGLOGA IV DE VIRGILIO

POLLIO

Sicelides Musae [1], paulo maiora canamus!
Non omnis arbusta iuvant humilisque myricae.
Si canimus silvas, silvae sint consule dignae.

Ultima Cumaei venit iam carminis [2] aetas;
Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo [3]:
Iam redit et Virgo [4], redeunt Saturnia regna [5];
Iam nova progenies coelo demittitur alto.
Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta, fave, Lucina [6]: tuus iam regnat Apollo [7].
Teque adeo decus hoc aevi, te consule, inibit,
Pollio, et incipient magni procedere menses [8].
Te duce, si qua manent [9], celeris vestigia nostri
Inrita perpetua solvent formidine terras.
Ille deum [10] vitam adcipiet, divisque videbit
Permixtos heroas, et ipse videbitur illis;
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.
At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu,
Errantis hederas passim [11] cum baccare tellus,
Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.
Ipsae lacte domum referent distenta capellae
Ubera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundet cunabula flores.
Occidet et serpens, et fallax herba veneni
Occidet [12]: Assyrium vulgo nascetur amomum.
At simul eorum laudes et facta parentis
Iam legere, et quae sit poteris cognoscere virtus:
Molli paulatim flavescet campus arista,
Incultisque rubens pendebit sentibus uva;
Et durae quercus sudabunt roscida mella.
Pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis,
Quae tentare Thetim ratibus [13], quae cingere muris
Oppida, quae iubeant telluri infindere sulcos.

Ejercicio: Comparativas de cantidad en los párrafos 30, 31, 32, 33.

52

Comparándose dos calidades en un sujeto, de las cuales una aventaja, se añade *magis*, ó ambas se expresan por comparativos, ó la una con comparativo, la otra con *quam*. Quod *subtiliter magis* quam *dilucide* dicitur. Non timeo, ne *libentius* haec in illum evomere videar, quam *verius*. Nimia pietas vestra *acrius* quam *considerate* excitavit.

Cuando hay desproporción, con *quam pro* y ablativo. Proelium *atrocius*, *quam pro numero* pugnantium, editur.

Quam ut, quam qui. *Maior* sum, *quam cui* possit Fortuna nocere. Perseus *potentior* erat, *quam ut* fugam necessariam duceret.

Sin término de comparación indícase *algún tanto*. Senectus est natura *loquacior*. Perturbatio est appetitus *vehementior*.

Non minus ó *magis quam*. Patria hominibus *non minus* cara esse debet quam liberi. *Non magis* mihi deerit inimicus, quam Verri defuit.

Quo... eo (hoc), *quanto... tanto*. *Quo maior* est in animis praestantia et *divinior, eo maiore* indigent diligentia. *Quanto perditior* quisque est, tanto acrius urget.

Ut quisque... ita, con dos superlativos. *Ut quisque* est vir *optimus, ita difficillime* esse alios improbos suspicatur. *Facillime* ad res iniustas impellitur, *ut quisque altissimo* animo est, gloriae cupiditate.

***

Alter erit tum Tiphys [14], et altera quae vehat Argo
Delectos heroas; erunt etiam altera bella,
Atque iterum a d Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc, ubi iam firmata virum te fecerit aetas,
Cedet et ipse mari vector [15], nec nautica pinus
Mutabit merces [16]: omnis feret omnia tellus;
Non rastros patietur humus, non vinea falcem;
Robustus quoque iam tauris iuga solvet arator.
Nec varios discet mentiri lana colores:
Ipse sed in pratis [17] aries iam suave rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto;
Sponte sua sandyx pascentis vestiet agnos.
Talia [18] saecla, suis dixerunt, currite, fusis
Concordes stabili fatorum numine Parcae.
Adgredere o magnos (aderit iam tempus) honores,
Cara deum soboles, magnum Iovis incrementum!
Adspice, convexo nutantem pondere mundum,
Terrasque, tractusque maris, coelumque profundum;
Adspice, venturo laetantur ut omnia saeclo!
O mihi tam longae maneat pars ultima vitae,
Spiritus et quantum sat erit tua dicere facta!
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus [19]; huic mater quamvis atque huic pater (adsit,
Orphei [20] Calliopea, Lino formosus Apollo.
Pan [21] etiam, Arcadia mecum se iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.
Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem;
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Incipe, parve puer; cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

53

c) *De superioridad absoluta*, con superlativo y genitivo partitivo, ó á veces con *ex (in)* y ablativo. *Graecorum oratorum praestantissimi* sunt ii, qui fuerunt Athenis. *Acerrimum ex omnibus nostris sensibus* esse sensum videndi.

Refuérzase el superlativo con el *vel, maxime, multo, longe, in primis. Vel sapientissimus* errare potest. Alcibiades *omnium* aetatis suae *multo formosissimus.*

El grado máximo, se indica con el superlativo y *quam, quantus, ut* y *possum. Quam potui maximis* itineribus ad Amanum exercitum duxi. *Quanta maxima potest* esse, morum studiorumque distantia. *Ut potui* accuratissime, te tuamque causam tutatus sum. Tam gratum id mihi erit, *quam quod gratissimum.*

DE LA ENEIDA DE VIRGILIO

Exposición del asunto del poema.—Causas del rencor que abrigaba Juno contra los Troyanos.

Arma virumque [1] cano, Troiae qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lavinia que venit
Litora; multum ille et terris iactatus et alto,
Vi superum, saevae memorem Iunonis ob iram [2];
Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem,
Inferretque deos Latio; genus unde Latinum,
Albanique patres, atque altae moenia Romae.
Musa, mihi caussas memora, quo numine laeso,
Quidve dolens, regina deum tot volvere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit. Tantaene animis coelestibus irae! [3]
Urbs antiqua fuit: Tyrii tenuere coloni;
Carthago, Italiam contra Tyberinaque longe
Ostia, dives opum, studiisque asperrima belli [4];
Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo [5]; hic illius arma,
Hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, iam tum tenditque fovetque.
Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quae verteret arces [6];
Hinc populum, late regem belloque superbum,
Venturum excidio Libyae [7]; sic volvere Parcas [8].
Id metuens, veterisque memor Saturnia [9] belli,
Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis;
Necdum etiam causae irarum saevique dolores

Exciderant animo; manet alta mente repostum [10]
Iudicium Paridis, spretaeque iniuria formae,
Et genus invisum, et rapti Ganimedis honores [11].
His adcensa super, iactatos aequore toto
 Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli [12],
Arcebat longe Latio; multosque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tantae molis [13] erat Romanam condere gentem!

(Aeneid. L. I, v. 1 y sigu.)

***

Soliloquio de Iuno.—Pide á Eolo rey de los vientos, que desencadene los huracanes contra la flota de Eneas.—Una horrible tempestad sorprende á los troyanos en el mar tirreno, y pierden algunos buques.

 Vix e conspectu Siculae telluris in altum
Vela dabant laeti et spumas salis aere [14] ruebant;
Cuum Iuno, aeternum servans sub pectore volnus,
Haec secum: «Mene incepto desistere victam,
Nec posse Italia Teucrorum avertere regem?
Quippe vetor fatis [15]! Pallasne exurere classem
Argivum, atque ipsos potuit submergere ponto,
Unius ob noxam et furias Aiacis Oilei [16]?
Ipsa, Iovis rapidum iaculata e nubibus i gnem,
Disiecitque rates, evertitque aequora ventis;
Illum, exspirantem transfixo pectore flammas,
Turbine conripuit, scopuloque infixit acuto.
Ast ego, quae divom incedo regina, Iovisque
Et soror et coniux, una cum gente tot annos
Bella gero! Et quisquam numen Iunonis adoret
Preterea, aut supplex aris imponat honorem?»

Talia flammato secum dea corde volutans,
Nimborum in patriam, loca feta furentibus austris,
Aeoliam [17] venit. Hic vasto rex Aeolus antro
Luctantis ventos tempestatesque sonoras [18]
Imperio premit, ac vinclis et carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis,
Circum claustra fremunt [19]. Celsa sedet Aeolus arce
Sceptra tenens, mollitque animos, et temperat iras.
Ni faciat, maria ac terras coelumque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.
Sed pater omnipotens [20] speluncis abdidit atris,
Hoc metuens; molemque et montis insuper altos
Imposuit; regemque dedit, qui foedere certo [21]
Et premere, et laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est:
«Aeole, namque tibi divom pater atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus et tollere vento,
Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor, [22]
Ilium in Italiam [23] portans, victosque Penates:
Incute vim ventis, submersasque obrue puppes;
Aut age diversos [24], et disiice corpora ponto.
Sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae,
Quarum, quae forma pulcherrima, Deiopea,
Connubio iungam stabili propriamque dicabo,
Omnis ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, et pulchra faciat te prole parentem.»
Aeolus haec contra: «Tuus, o regina [25], quid optes,
Explorare labor; mihi iussa capessere fas est.
Tu mihi, quodcumque hoc regni [26], tu sceptra Io-
(vemque
Concilias; tu das epulis adcumbere divom,
Nimborumque facis tempestatumque potentem.»
Haec ubi dicta, cavum conversa cuspide montem

Impulit in latus [27]; ac venti, velut agmine facto,
Qua data porta, ruunt, et terras turbine perflant.
Incubuere mari, totumque a sedibus imis [28]
Una Eurusque [29] Notusque ruunt creberque procellis
Africus, et vastos volvunt ad litora fluctus.
Insequitur clamorque virum stridorque rudentum.
Eripiunt subito nubes coelumque diemque
Teucrorum ex oculis; ponto nox incubat atra [30].
Intonuere poli, et crebris micat ignibus [31] aether;
Praesentemque viris intentant omnia mortem.
Extemplo Aeneae solvuntur frigore membra;
Ingemit, et duplicis tendens ad sidera palmas,
Talia voce refert: «O terque quaterque beati,
Quis ante ora [32] patrum, Troiae sub moenibus altis,
Contigit oppetere! o Danaum fortissime gentis,
Tydide [33]! mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse, tuaque animam hanc effundere dextra!
Saevus ubi [34] Aeacidae telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon [35], ubi tot Simois [36] correpta sub undis
Scuta virum, galeasque, et fortia corpora volvit.»
Talia iactanti stridens aquilone procella
Velum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit.
Franguntur remi, tum prora avertit, et undis
Dat latus; insequitur cumulo praeruptus aquae mons.
Hi summo in fluctu pendent: his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit, furit aestus arenis.
Tris Notus abreptas in saxa latentia torquet:
Saxa [37] vocat Itali, mediis quae in fluctibus, Aras;
Dorsum immane mari summo. Tris Eurus ab alto
In brevia et syrtis urget, miserabile visu,
Inliditque vadis, atque aggere cingit arenae.
Unam, quae Lycios fidumque vehebat Oronten,
Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus

In puppim ferit: excutitur, pronusque magister,[38]
Volvitur in caput; ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum[39], et rapidus vorat aequore (vortex.
Adparent rari nantes in gurgite vasto[40];
Arma virum tabulaeque, et Troia gaza per undas.
Iam validam Ilionei navem, iam fortis Achatae,
Et qua vectus Abas, et qua grandaevus Aletes,
Vicit hiems[41], laxis laterum compagibus[42] omnes
Adcipiunt inimicum imbrem rimisque fatiscunt.
    Interea magno misceri murmure pontum,
Emissamque hiemem sensit[43] Neptunus, et imis
Stagna refussa vadis, graviter commotus; et alto
Prospiciens, summa placidum caput[44] extulit unda.
Disiectam Aeneae toto videt aequore classem,
Fluctibus oppressos Troas, coelique ruina[45].
Nec latuere[46] doli fratrem Iunonis et irae.
Eurum ad se Zephyrumque vocat; dehinc talia fatur;
«Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?
Iam coelum terramque meo sine numine, venti,
Miscere, et tantas audetis tollere moles?
Quos ego...[47] sed motos praestat componere fluctus,
Post mihi non simili poena commissa luetis.
Maturate fugam, regique haec dicite vestro:
Non illi imperium pelagi saevumque tridentem,
Sed mihi sorte datum. Tenet ille immania saxa,
Vestras, Eure, domos; illa se iactet in aula
Aeolus, et clauso ventorum carcere regnet.»
Sic ait: et dicto citius[48] tumida aequora placat,
Conlectasque fugat nubes, solemque reducit.
Cymothoe simul et Triton[49] adnixus acuto
Detrudunt navis scopulo; levat ipse tridenti,
Et vastas aperit syrtis, et temperat aequor;

Atque rotis summas levibus perlabitur undas.
Ac, veluti magno in populo cum saepe coorta est
Seditio, saevitque animis ignobile vulgus;
Iamque faces et saxa volant; furor arma ministrat;
Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, adrectisque auribus[50] adstant:
Ille regit dictis animos, et pectora mulcet:
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora postquam
Prospiciens genitor[51], coeloque invectus aperto,
Flectit equos, curruque[52] volans dat lora secundo.

(Aeneid. Lib. I, v. 34 y sigu.)

***

Penetra Eneas con la Sibila en el Averno: descripción de aquellos tristes lugares.

Ibant obscuri sola sub nocte per unbram[53],
Perque domos Ditis[54] vacuas et inania regna:
Quale per incertam Lunam sub luce maligna
Est iter in silvis[55]; ubi coelum condidit umbra
Iuppiter, et rebus nox abstulit atra colorem.
Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci[56]
Luctus et ultrices posuere cubilia Curae[57],
Pallentesque habitant Morbi, tristisque Senectus,
Et Metus, et malesuada Fames[58], ac turpis Egestas;
Terribiles visu formae; Letumque, Labosque;
Tum consanguineus Leti Sopor; et mala mentis
Gaudia; mortiferumque adverso in limine[59] Bellum,
Ferreique Eumenidum[60] thalami, et Discordia[61] demens,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

In medio ramos annosaque brachia pandit
Ulmus opaca, ingens; quam sedem Somnia volgo
Vana tenere ferunt, foliisque sub omnibus haerent.
Multaque praeterea variarum monstra ferarum,
Centauri in foribus stabulant, Scyllaeque biformes,
Et centumgeminus Briareus[62], ac bellua Lernae
Horrendum stridens[63], flammisque armata Chimaera,
Gorgones, Harpyiaeque, et forma tricorporis umbrae[64].
Conripit hic subita trepidus formidine ferrum
Aeneas, strictamque aciem venientibus offert;
Et, ni docta comes tenuis sine corpore vitas
Admoneat volitare cava sub imagine formae[65],
Inruat, et frustra ferro diverberet umbras.
Hinc via, Tartarei quae fert Acherontis ad undas.
Turbidus hic coeno vastaque voragine gurges
Aestuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas et flumina servat
Terribili squalore Charon; cui plurima mento
Canities inculta iacet; stant lumina flamma[66],
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus:
Ipse ratem conto[67] subigit, velisque ministrat,
Et ferruginea subvectat corpora cymba,
Iam senior; sed cruda deo viridisque senectus[68].
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimum heroum, pueri innuptaeque puellae,
Impositique rogis iuvenes ante ora parentum:
Quam multa in silvis autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia; aut ad terram gurgite ab alto
Quam multae glomerantur aves[69], ubi frigidus annus
Trans pontum fugat, et terris immittit apricis.
Stabant orantes primi transmittere cursum,
Tendebantque manus ripae ulterioris amore:

Navita[70] sed tristis nunc hos, nunc adcipit illos;
Ast alios longe submotos arcet arena.
Aeneas, miratus enim, motusque tumultu,
Dic, ait, o virgo, quid volt concursus ad amnem?
Quidve petunt animae? vel quo discrimine[71] ripas
Hae linquunt, illae remis vada livida verrunt?
Olli[72] sic breviter fata est longaeva sacerdos:
Anchisa generate, deum certissima proles,
Cocyti stagna alta vides, Stygiamque paludem,
Di cuius[73] iurare timent et fallere numen.
Haec omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est:
Portitor ille, Charon; hi, quos vehit unda, sepulti.
Nec ripas datur horrendas et rauca fluenta
Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt[74].
Centum errant annos, volitantque haec litora circum:
Tum demum admissi stagna exoptata revisunt.
Constitit Anchisa satus, et vestigia pressit;
Multa putans, sortemque animo miseratus iniquam....
Ergo iter inceptum peragunt, fluvioque propinquant.
Navita quos iam inde ut Stygia prospexit ab unda
Per tacitum menus ire, pedemque advertere ripae;
Sic prior[75] adgreditur dictis, atque increpat ultro:
Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
Fare, age, quid venias, iam istinc et comprime gressum[76].
Umbrarum hic locus est, Somni Noctisque soporae;
Corpora viva nefas[77] Stygia vectare carina.
Nec vero Alciden[78] me sum laetatus euntem
Adcepisse lacu, nec Thesea, Pirithoumque;
Dis quamquam geniti, atque invicti viribus essent.
Tartareum ille manu custodem in vincla petivit,
Ipsius a solio regis, traxitque trementem;
Hi dominam Ditis thalamo deducere[79] adorti.

Quae contra breviter fata est Amphrysia vates[80]:
Nullae hic insidiae tales; absiste moveri;
Nec vim tela ferunt; licet ingens ianitor[81] antro
Aeternum latrans exsanguis terreat umbras;
Casta licet patrui[82] servet Proserpina limen.
Troius Aeneas, pietate insignis et armis,
Ad genitorem, imas Erebi[83] descendit ad umbras.
Si te nulla movet tantae pietatis imago,
At ramum hunc[84] (aperit ramum, qui veste latebat)
Adgnoscas. Tumida ex ira tum corda residunt.
Nec plura his. Ille admirans venerabile donum
Fatalis virgae, longo post tempore visum,
Caeruleam advertit puppim, ripaeque propinquat.
Inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,
Deturbat, laxatque foros; simul adcipit alveo
Ingentem Aeneam. Gemuit sub pondere cymba
Sutilis[85], et multam adcepit rimosa paludem.
Tandem trans fluvium incolumis vatemque virumque
Informi limo glaucaque exponit in ulva.
Cerberus haec ingens latratu regna trifauci
Personat[86], adverso recubans inmanis in antro.
Cui vates, horrere videns iam colla colubris,
Melle soporatam et medicatis frugibus offam
Obiicit[87]. Ille fame rabida tria guttura pandens,
Conripit obiectam, atque inmania terga resolvit
Fusus humi, totoque ingens extenditur antro.
Occupat Aeneas aditum, custode sepulto,
Evaditque celer ripam inremeabilis undae[88].
Continuo auditae voces, vagitus et ingens,
Infantumque animae flentes, in limine primo;
Quos dulcis vitae exsortis et ab ubere raptos,
Abstulit atra dies, et funere mersit acerbo.
Hos iuxta falso damnati crimine mortis.

Nec vero hae[89] sine sorte datae, sine iudice, sedes.
Quaesitor Minos[90] urnam movet; ille silentum
Conciliumque vocat, vitasque et crimina discit.
Proxima deinde tenent moesti loca, qui sibi letum
Insontes peperere manu[91], lucemque perosi
Proiecere animas. Quam vellent aethere in alto
Nunc et pauperiem et duros perferre labores!
Fas obstat, tristique palus inamabilis unda
Adligat, et novies Styx interfusa[92] coercet....
Respicit Aeneas subito, et sub rupe sinistra
Moenia lata videt, triplici circumdata muro,
Quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa[93].
Porta adversa, ingens, solidoque adamante columnae;
Vis ut nulla virum, non ipsi exscindere ferro
Coelicolae valeant. Stat ferrea turris ad auras;
Tisiphoneque sedens, palla succincta cruenta
Vestibulum exsomnis[94] servat noctesque diesque.
Hinc exaudiri gemitus et saeva sonare
Verbera: tum stridor ferri, tractaeque catenae.
Constitit Aeneas, strepituque exterritus haesit.
Quae scelerum facies?[95] o virgo, effare; quibusve
Urgentur poenis? qui tantus plangor ad auras?
Tum vates sic orsa loqui: Dux inclute Teucrum,
Nulli fas casto sceleratum insistere limen;
Sed me cum[96] lucis Hecate praefecit Avernis,
Ipsa deum poenas docuit, perque omnia duxit.
Gnosius haec Rhadamanthus habet durissima regna,
Castigatque auditque dolos; subigitque fateri,
Quae quis[97] apud superos, furto laetatus inani,
Distulit in seram conmissa piacula mortem.
Continuo sontis ultrix adcincta flagello
Tisiphone quatit insultans[98], torvosque sinistra

Intentans anguis, vocat agmina saeva sororum.
Tum demum horrisono stridentes cardine sacrae
Panduntur portae. Cernis, custodia qualis
Vestibulo sedeat? facies quae limina servet [99]?
Quinquaginta atris inmanis hiatibus Hydra
Saevior intus habet sedem. Tum Tartarus ipse
Bis patet in praeceps [100] tantum, tenditque sub umbras,
Quantus ad aetherium coeli suspectus Olympum.
Hic genun antiquum Terrae, Titania pubes[101],
Fulmine deiecti, fundo volvuntur in imo.
Hic et Aloidas geminos [102], immania vidi
Corpora; qui manibus magnum rescindere coelum
Adgressi, superisque Iovem detrudere regnis.
Vidi et crudelis dantem Salmonea [103] poenas,
Dum flammas Iovis et sonitus imitatur Oliympi.
Quatuor hic invectus equis, et lampada quassans,
Per Graium populos maediaeque per Elidis urbem
Ibat ovans, divomque sibi poscebat honorem,
Demens! qui nimbos et non imitabile fulmen
Aere et cornipedum pulsu simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit: non ille faces, non fumea taedis
Lumina; praecipitemque inmani turbine adegit.
Nec non et Tityon [104], Terrae omniparentis alumnum,
Cernere erat; per tota novem cui iugera corpus
Porrigitur, rostroque inmanis voltur obunco
Inmortale iecur tondens, fecundaque poenis
Viscera, rimaturque epulis, habitatque sub alto
Pectore; nec fibris requies datur ulla renatis.
Quid memorem Lapithas [105], Ixiona, Pirithoumque?
Quos super atra silex iam iam lapsura, cadentique
Inminet adsimilis: lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulaeque ante ora paratae

Regifico luxu; Furiarum maxuma iuxta
Adcubat, et manibus prohibet contingere mensas,
Exsurgitque facem adtollens, atque intonat ore [106].
Hic, quibus invisi fratres, dum vita manebat,
Pulsatusve parens, et fraus innexa clienti;
Aut qui divitiis soli incubuere repertis,
Nec partem posuere suis; quae maxima turba est:
Quique ob adulterium caesi; quique arma secuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras,
Inclusi poenam exspectant. Ne quaere doceri [107]
Quam poenam; aut quae forma viros fortunave mersit.
Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum
Districti pendent: sedet, aeternumque sedebit,
Infelix Theseus; Phlegyasque miserrimus omnis
Admonet, et magna testatur voce per umbras:
«Discite iustitiam moniti [108], et non temnere divos.»
Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Imposuit, fixit leges pretio atque refixit:
Hic thalamum invasit natae vetitosque hymenaeos:
Ausi omnes inmane nefas, ausoque potiti.
Non, mihi si linguae centum sint, oraque centum,
Ferrea vox, omnis scelerum comprendere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina possim.
Haec ubi dicta dedit Phoebi longaeva sacerdos:
Sed iam age, carpe viam, et susceptum perfice munus,
Adceleremus, ait: Cyclopum educta caminis [109]
Moenia conspicio, atque adverso fornice portas,
Haec ubi nos praecepta iubent deponere dona [110].
Dixerat: et pariter gressi per opaca viarum,
Conripiunt spatium medium, foribusque propinquant.
Occupat Aeneas aditum, corpusque recenti
Spargit aqua [111], ramumque adverso in limine figit.

(Eneid. L. VI, v. 268 y sig.)

***

Descripción de los Campos Elíseos.

Devenere locos laetos, et amoena vireta
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.
Largior hic [112] campos aether et lumine vestit
Purpureo; solemque suum, sua sidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palaestris;
Contendunt ludo, et fulva luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt.
Necnon Threicius longa cum veste sacerdos [113]
Obloquitur numeris septem discrimina vocum;
Iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Hic genus antiquum Teucri, pulcherrima proles,
Magnanimi heroes, nati melioribus annis,
Ilusque, Assaracusque, et Troiae Dardanus [114] auctor.
Arma procul currusque virum miratur inanis.
Stant terra defixae hastae, passimque soluti
Per campos pascuntur equi. Quae gratia curruum
Armorumque fuit vivis, quae cura nitentis
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos[115].
Conspicit ecce alios dextra laevaque per herbam
Vescentis, laetumque choro Paeana canentis [116],
Inter odoratum lauri nemus; unde superne
Plurimus Eridani per silvam volvitur amnis.
Hic manus, ob patriam pugnando volnera passi [117],
Quique sacerdotes casti, dum vita manebat,
Quique pii vates, et Phebo digna locuti,
Inventas aut qui vitam excoluere per artes,
Quique sui memores alios fecere merendo;
Omnibus his nivea cinguntur tempora vitta.

Quos circumfusos sic est adfata Sybilla;
Musaeum ante omnis [118]; medium nam plurima turba
Hunc habet, atque humeris exstantem suspicit altis:
Dicite, felices animae, tuque, optime vates;
Quae regio Anchisen, quis habet locus? Illius ergo
Venimus [119], et magnos Erebi tranavimus amnis.
Atque huic responsum paucis ita reddidit heros:
Nulli certa domus. Lucis habitamus opacis,
Riparumque toros [120] et prata recentia rivis
Incolimus. Sed vos, si fert ita corde voluntas,
Hoc superate iugum: et facili iam tramite sistam [121].
Dixit, et ante tulit gressum, camposque nitentes
Desuper ostentat; dehinc summa cacumina linquunt.

(Aeneid. L. VI, v. 638 y sig.)



FÁBULAS DE FEDRO

El Lobo y el Cordero.

Ad rivum eundem Lupus et Agnus venerant;
Siti compulsi: superior stabat Lupus,
Longeque inferior [1] Agnus. Tunc fauce improba
Latro incitatus [2], iurgii causam intulit [3].
Cur, inquit, turbulentam fecisti mihi
Aquam bibenti? Laniger [4] contra timens:
Quí possum, quaeso, facere quod quereris, Lupe?
A te decurrit ad meos haustus [5] liquor.
Repulsus ille veritatis viribus,
Ante hos sex menses, ait, male dixisti mihi.
Respondit Agnus: Equidem natus non eram.
Pater hercule tuus, inquit, maledixit mihi.
Atque ita [6] correptum lacerat iniusta nece.
Haec propter illos scripta est homines fabula,
Qui fictis caussis innocentes opprimunt.

***

Las Ranas pidiendo Rey.

Athenae cum florerent aequis legibus [7]
Procax libertas civitatem miscuit [8],
Frenumque solvit pristinum licentia.
Hinc conspiratis factionum partibus,
Arcem tyrannus occupat Pisistratus.

Cum tristem servitutem flerent Attici,
Non quia crudelis ille, sed quoniam grave
Omne insuetis onus [9], et coepissent queri,
Aesopus talem tum fabellam retulit.
Ranae, vagantes liberis paludibus [10],
Clamore magno regem petiere a Iove,
Qui dissolutos mores vi compesceret.
Pater deorum [11] risit, atque illis dedit
Parvum tigillum, missum quod subito vadis [12]
Motu sonoque terruit pavidum genus [13].
Hoc mersum limo cum iaceret diutius,
Forte una tacite profert [14] e stagno caput,
Et, explorato rege, cunctas evocat.
Illae, timore posito [15], certatim adnatant,
Lignumque supra turba petulans [16] insilit:
Quod cum inquinassent omni contumelia,
Alium rogantes regem misere ad Iovem,
Inutilis quoniam esset, qui fuerat datus.
Tum misit illis hydrum, qui dente aspero
Corripere coepit singulas: frustra necem
Fugitant inertes [17]: vocem praecludit metus.
Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Iovem [18],
Adflictis ut sucurrat. Tunc contra Deus:
«Quia noluistis vestrum ferre, inquit, bonum,
Malum perferte.»
Vos quoque, o cives, ait,
Hoc sustinete, maius ne veniat malum.

* * *

El Grajo soberbio y los Pavos Reales.

Ne gloriari libeat alienis bonis,
Suoque potius habitu vitam degere,
Aesopus nobis hoc exemplum prodidit.
Tumens inani Graculus superbia [19],
Pennas, Pavoni quae deciderant, sustulit,
Seque exornavit: deinde, contemnens suos,
Immiscuit se Pavonum formoso gregi.
Illi impudenti pennas eripiunt avi,
Fugantque rostris [20]. Male multatus Graculus
Redire moerens coepit ad proprium genus [21]:
A quo repulsus tristem sustinuit notam [22].
Tum quidam ex illis, quos prius despexerat:
Contentus nostris si fuisses sedibus,
Et, quod natura dederat, voluisses pati,
Nec illam expertus esses contumeliam,
Nec hanc repulsam [23] tua sentiret calamitas.



El Perro nadando con un trozo de carne.

Amittit merito proprium, qui alienum appetit.
Canis per flumen, carnem dum ferret, natans,
Lympharum in speculo [24] vidit simulacrum suum:
Aliamque praedam ab alio ferri putans,
Eripere voluit; verum decepta aviditas,
Et, quem tenebat ore, dimisit [25] cibum,
Nec, quem petebat, adeo potuit attingere.

***[1]

La Vaca, la Cabrita, la Oveja y el León.

Nunquam est fidelis [26] cum potente societas:
Testatur haec fabella propositum meum.
Vacca et Capella, et patiens Ovis iniuriae [27],
Socii fuere cum Leone in saltibus.
Hi cum cepissent cervum vasti corporis [28],
Sic et locutus, partibus factis, Leo:
Ego primam tollo, nominor quia Leo:
Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi;
Tum, quia plus valeo, me sequetur tertia:
Malo afficietur [30], si quis quartam tetigerit.
Sic totam praedam sola improbitas abstulit.

***

El Ciervo en la fuente.

Laudatis utiliora, quae contempseris
Saepe inveniri, testis haec narratio [29].
Ad fontem Cervus, cum bibisset, restitit,
Et in liquore videt effigiem suam.
Ibi dum ramosa mirans laudat cornua [31],
Crurumque nimiam tenuitatem vituperat;
Venantum subito vocibus conterritus,
Per campum [32] fugere coepit, et cursu levi
Canes elusit. Silva tum excepit ferum, [33],
In qua retentis impeditus cornibus,
Lacerari coepit morsibus saevis canum.

Tunc moriens vocem hanc edidisse dicitur:
O me infelicem! qui nunc demum intellego,
Utilia mihi quam fuerint, quae despexeram,
Et, quae laudaram, quantum luctus habuerint [34].

***

El Zapatero médico.

Malus cum Sutor, inopia deperditus [35],
Medicinam ignoto facere coepisset loco,
Et venditaret falso antidotum nomine [36]:
Verbosis adquisivit sibi famam strophis [37].
Hic cum iaceret morbo confectus gravi
Rex urbis, eius experiendi gratia,
Scyphum poposcit: fusa dein simulans aqua
Illius miscere antidoto se toxicum [38],
Ebibere iussit ipsum, posito praemio.
Timore mortis ille tum confessus est,
Non artis ulla medicae se prudentia [39],
Verum stupore vulgi factum nobilem.
Rex, advocata concione, haec edidit:
Quantae putatis esse vos dementiae,
Qui capita vestra non dubitatis credere,
Cui calceandos nemo commisit pedes?
Hoc pertinere vere ad illos dixerim,
Quorum stultitia quaestus impudentiae est [40].

***

El Asno y el viejo Pastor.

In principatu commutando [41] saepius
Nihil praeter domini nomen mutant pauperes.
Id esse verum parva haec fabella indicat.
Asellum [42] in prato timidus pascebat senex.
Is, hostium clamore subito territus,
Suadebat Asino fugere, ne possent capi.
At ille lentus [43]: Quaeso, num binas [44] mihi
Clitellas impositurum victorem putas?
Senex negavit. Ergo quid refert mea
Cui serviam [45], clitellas dum portem meas?

***

El León anciano, el Jabalí, el Toro y el Asno.

Quicumque amisit dignitatem pristinam,
Ignavis etiam iocus est in casu gravi.
Defectus annis [46], et desertus viribus
Leo cum iaceret, spiritum extremum trahens [47],
Aper fulmineis ad eum venit dentibus [48],
Et vindicavit ictu veterem iniuriam:
Infestis Taurus mox confodit cornibus [49]
Hostile corpus. Asinus, ut vidit ferum
Impune laedi, calcibus frontem extudit [50].
At ille exspirans: Fortes indigne tuli
Mihi insultare; te, naturae dedecus,
Quod ferre cogor, certe bis videor mori [51].

***

El Aguila, la Gata y la Jabalina.

Aquila in sublimi quercu nidum fecerat:
Feles cavernam nacta in media pepererat;
Sus nemoris cultrix [52] fetum ad imam posuerat.
Tum fortuitum Feles contubernium [53]
Fraude et scelesta sic evertit malitia.
Ad nidum scandit volucris [54]: Pernicies, ait,
Tibi paratur, forsan et miserae mihi.
Nam fodere terram [55] quod vides quotidie
Aprum insidiosum, quercum vult evertere,
Ut nostram in plano facile progeniem [56] opprimat.
Terrore offuso et perturbatis sensibus,
Derepit ad cubile setosae Suis [57]:
Magno, inquit, in periclo sunt nati tui;
Nam simul exieris pastum cum tenero grege,
Aquila est parata rapere porcellos [58] tibi.
Hunc quoque timore postquam complevit locum,
Dolosa tuto condidit sese cavo;
Inde evagata noctu suspenso pede [59],
Ubi esca se replevit et prolem suam,
Pavorem simulans, prospicit toto die.
Ruinam metuens Aquila ramis desidet;
Aper rapinam vitans non prodit foras.
Quid multa? inedia sunt consumti cum suis,
Felique et catulis largam praebuerunt dapem.
Quantum homo bilinguis [60] saepe concinet mali,
Documentum habere stulta credulitas potest.

***

El Hombre y la Culebra.

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.
Gelu rigentem quidam colubram sustulit,
Sinuque fovit [61], contra se ipse misericors.
Namque ut refecta est, necuit hominem protinus.
Hanc alia cum rogaret caussam facinoris,
Respondit: Ne quis discat prodesse improbis.

***

El Charlatán y el Rústico.

Pravo favore labi [62] mortales solent,
Et, pro iudicio dum stant erroris sui,
Ad poenitendum rebus manifestis agi [63].
Facturus ludos dives quidam et nobilis,
Proposito cunctos invitavit praemio,
Quam quisque posset, ut novitatem ostenderet.
Venere artifices laudis ad certamina [64]:
Quos inter Scurra, notus urbano sale,
Habere dixit se genus spectaculi,
Quod in theatro nunquam prolatum foret.
Dispersus rumor civitatem concitat;
Paulo ante vacua turbam deficiunt loca [65].
In scena vero postquam solus constitit,
Sine apparatu, nullis adiutoribus,
Silentium ipsa fecit exspectatio,
Ille in sinum repente demisit caput,
Et sic porcelli vocem [66] est imitatus sua,

Verum ut subesse pallio contenderent,
Et excuti iuberent [67]. Quo facto, simul
Nihil est repertum, multis onerant laudibus,
Hominemque plausu prosequuntur maximo.
Hoc vidit fieri Rusticus. Non me, hercule!
Me vincet, inquit: et statim professus est,
Idem facturum melius se postridie.
Fit turba maior. Iam favor mentes tenet,
Et derisuri, non spectaturi [68], sedent.
Uterque prodit. Scurra degrunnit prior,
Movetque plaussus, et clamores suscitat.
Tunc simulans sese vestimentis Rusticus
Porcellum obtegere (quod faciebat scilicet,
Sed, in priore quia nil compererant, latens),
Pervellit aurem vero, quem celaverat [69].
Et cum dolore vocem naturae exprimit.
Acclamat populus, Scurram multo similius
Imitatum, et cogit Rusticum trudi foras [70].
At ille profert ipsum porcellum e sinu,
Turpemque aperto pignore errorem probans:
Eu! hic declarat, quales sitis iudices.



ELEGIAS DE OVIDIO

Describe el poeta con los más vivos colores la tempestad que le sorprendió en el mar, partiendo para su destierro.

Di maris et coeli (quid enim nisi vota supersunt?) [1]
Solvere quassatae parcite membra ratis:
Neve, precor, magni subscribite Caesaris irae:
Saepe, premente deo, fert deus alter opem.
Mulciber [2] in Troiam, pro Troia stabat Apollo:
Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Aeneam propior Saturnia Turno [3]:
Ille tamen Veneris numine [4] tutus erat.
Saepe ferox cautum petiit Neptunus Ulyssem:
Eripuit patruo saepe Minerva suo:
Et nobis aliquod, quamvis distamus ab illis,
Quid vetat irato numen addesse deo?
Verba miser frustra non proficientia perdo:
Ipsa graves spargunt ora loquentis aquae:
Terribilisque Notus iactat mea dicta: precesque
Ad quos mittuntur non sinit ire deos.
Ergo idem venti, ne caussa laedar in una,
Velaque nescio quo, votaque nostra ferunt!
Me miserum! quanti montes volvuntur aquarum!
Iam iam tacturos sidera summa putes.
Quantae diducto subsidunt aequore valles! [5]
Iam iam tacturas Tartara nigra putes.
Quocumque adspicias, nihil est nisi pontus et aer [6],
Fluctibus hic tumidis, nubibus ille minax.
Inter utrumque fremunt immani turbine venti.

Nescit, cui domino pareat [7], unda maris.
Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu:
Nunc Zephyrus sero vespere missus adest:
Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto [8]:
Nunc Notus adversa praelia fronte gerit.
Rector in incerto est: nec quid fugiatve petatve
Invenit: ambiguis ars stupet ipsa malis [9].
Scilicet occidimus, nec spes nisi vana salutis:
Dumque loquor, vultus obruit unda meos.
Opprimet hanc animam fluctus, frustraque precanti [10]
Ore necaturas accipiemus aquas.
At pia nil aliud quam me dolet exsule coniux;
Hoc unum nostri scitque gemitque mali.
Nescit in immenso iactari corpora ponto,
Nescit agi ventis [11]; nescit adesse necem.
Di, bene quod non sum mecum conscendere passus,
Ne mihi mors misero bis patienda foret!
At nunc, ut peream, quoniam caret illa periclo,
Dimidia certe parte [12] superstes ero.
Hei mihi! quam celeri micuerunt nubila flamma:
Quantus ab aetherio personat axe fragor!
Nec levius laternm tabulae feriuntur ab undis,
Quam grave balistae moenia pulsat onus.
Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes:
Posterior nono est, undecimoque prior [13].
Nec letum timeo: genus est miserabile leti.
Demite naufragium: mors mihi munus erit.
Est aliquid, fatove suo, ferrove cadentem [14]
In solita moriens ponere corpus humo:
Et mandata suis aliquid, sperare sepulchra,
Et non aequoreis piscibus esse cibum.
Fingite me dignum tali nece: non ego solus
Hic vehor [15]; immeritos cur mea poena trahit?

Proh! superi, viridesque dei [16], quibus aequora curae!
Utraque iam vestras sistite turba [17] minas:
Quamque dedit vitam mitissima Caesaris ira [18],
Hanc sinite infelix in loca iussa feram,
Si quam commerui poenam, me pendere vultis;
Culpa mea est, ipso iudice, morte minor.
Mittere me Stygias si iam voluisset ad undas [19]
Caesar, in hoc vestra non eguisset ope.
Est illi nostri non invidiosa cruoris
Copia [20]: quodque dedit, cum volet, ipse feret.
Vos modo, quos certe nullo puto crimine laesos;
Contenti nostris, di, precor este malis.
Nec tamen, ut cuncti miserum servare velitis
Quod periit, salvum iam caput esse potest.
Ut mare subsidat, ventisque ferentibus utar,
Ut mihi parcatis; num minus exul ero?
Non ego divitias avidus sine fine parandi
Latum mutandis mercibus [21] aequor aro:
Nec peto, quas quondam petii studiosus, Athenas;
Oppida non Asiae, non loca visa prius:
Non ut [22], Alexandri claram delatus in urbem,
Delicias videam, Nile iocose, tuas.
Quod faciles opto ventos quis credere possit?
Sarmatis est tellus [23], quam mea vota petunt.
Obligor ut tangam laevi fera litora Ponti,
Quodque sit a Patria iam fuga tarda, queror.
Nescio quo [24] videam positos ut in orbe Tomitas,
Exilem facio per mea vota viam.
Seu me diligitis, tantos compescite fluctus,
Pronaque sint nostrae numina vestra rati:
Seu magis odistis, iussae me advertite terrae:
Supplicii pars est in regione mei.
Ferte, quid hic facio? rapidi mea carbasa, venti,

Ausonios fines [25] cur mea vela vident?
Noluit hoc Caesar: quid, quem fugat ille, tenetis?
Adspiciat vultus Pontica terra meos.
Et iubet, et merui: nec quae damnaverit ille,
Crimina, defendi fasve piumve puto.
Si tamen acta deos numquam mortalia fallunt,
A culpa facinus scitis abesse mea [26].
Immo ita; vos scitis, si me meus abstulit error,
Stultaque mens nobis, non scelerata fuit;
Quamlibet e minimis [27] domui si favimus illi,
Si satis Augusti publica iussa mihi,
Hoc duce si dixi felicia saecula, proque
Caesare tura, pius, Caesaribusque dedi:
Si fuit hic animus nobis, ita parcite, divi.
Sin minus; alta cadens obruat unda caput.
Fallor? an incipiunt gravidae vanescere nubes,
Victaque mutati frangitur ira maris?
Non casus, sed vos sub condicione vocati [28],
Fallere quos non est, hanc mihi fertis opem.

(Ovid. Trist. Eleg. II.)

***

Pinta la desolación y el desórden de su casa en aquella triste noche en que salió desterrado de Roma.

Cum subit [29] illius tristissima noctis imago,
Quae mihi supremum tempus in urbe [30] fuit;
Cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui.
Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.
Iam prope lux aderat, qua me discedere Caesar
Finibus extremae iusserat Ausoniae.

Nec mens, nec spatium, fuerant satis apta paranti:
Torpuerant longa pectora nostra mora.
Non mihi servorum, comitis non cura legendi:
Non aptae profugo vestis opisve fuit.
Non aliter stupui, quam qui Iovis ignibus ictus,
Vivit, et est vitae nescius ipse suae.
Ut tamen hanc animo nubem dolor ipse removit,
Et tandem sensus convaluere mei;
Adloquor extremum moestus abiturus amicos,
Qui modo de multis unus et alter [31] erant.
Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat,
Imbre per indignas [32] usque candente genas.
Nata [33] procul Libycis aberat diversa sub oris,
Nec poterat fati certior esse mei.
Quocumque adspiceres, luctus gemitusque sonabant;
Formaque non taciti funeris [34] intus erat.
Femina, virque, meo pueri quoque funere moerent;
Inque domo lacrymas angulus omnis habet.
Si licet exemplis in parvo grandibus uti,
Haec facies Troiae, cum caperetur, erat.
Iamque quiescebant [35] voces hominumque canumque,
Lunaque nocturnos alta regebat equos.
Hanc ego suspiciens, et ab hac Capitolia cernens [36],
Quae nostro frustra iuncta fuere Lari;
Numina vicinis habitantia sedibus, inquam,
Iamque oculis nunquam templa videnda meis.
Dique relinquendi, quos urbs habet alta Quirini;
Este salutati tempus in omne mihi [37].
Et quamquam sero clypeum post vulnera sumo;
Attamen hanc odiis exonerate fugam:
Coelestique viro [38] quis me deceperit error
Dicite: pro culpa ne scelus esse putet.
Ut, quod vos scitis, poenae quoque sentiat auctor:

Placato possum non miser esse deo.
Hac prece adoravi Superos ego, pluribus uxor,
Singultu medios praepediente sonos.
Illa etiam ante Lares passis postrata capillis
Contigit extinctos ore tremente focos:
Multaque in aversos effudit verba Penates,
Pro deplorato non valitura viro.
Iamque morae spatium nox praecipitata negabat,
Versaque [39] ab axe suo Parrhasis Arctos erat.
Quid facerem? blando patriae retinebar amore:
Ultima, sed iussae nox erat illa fugae.
Ah! quotiens aliquo dixi properante: Quid urges?
Vel quo [40] festines ire, vel unde, vide.
Ah! quotiens certam me sum mentitus habere
Horam, propositae quae foret apta viae.
Ter limen tetigi; ter sum revocatus, et ipse
Indulgens animo pes mihi tardus erat.
Saepe vale dicto [41], rursus sum multa locutus,
Et, quasi discedens, oscula summa dedi.
Saepe eadem mandata dedi: meque ipse fefelli
Respiciens oculis pignora cara meis.
Denique, quid propero? Scytia est, quo mittimur, in- (quam:
Roma relinquenda est: utraque iusta mora est [42].
Uxor in aeternum vivo mihi viva negatur:
Et domus, et fidae dulcia membra domus [43].
Quosque ego dilexi fraterno more sodales,
O mihi Thesea pectora iuncta fide [44]!
Dum licet, amplectar; nunquam fortasse licebit
Amplius; in lucro quae datur hora mihi.
Nec mora: sermonis verba imperfecta relinquo,
Amplectens animo proxima quaeque meo.
Dum loquor, et flemus; coelo nitidissimus alto

Stella gravis nobis, Lucifer ortus erat.
Dividor haud aliter, quam si mea membra relinquam;
Et pars abrumpi corpore visa suo est.
Sic Detius doluit[45], tunc cum in contraria versus
Ultores habuit proditionis equus.
Tum vero exoritur clamor gemitusque meorum,
Et feriunt moestae pectora nuda manus.
Tum vero coniux umeris abeuntis inhaerens
Miscuit haec lacrymis tristia dicta suis:
Non potes avelli[46]; simul, ah! simul ibimus, inquit,
Te sequar, et coniux exsulis exsul ero.
Et mihi facta via est: et me capit ultima tellus:
Accedam profugae sarcina parva rati.
Te iubet e patria discedere Caesaris ira:
Me pietas[47], pietas haec mihi Caesar erit.
Talia tentabat: sic et tentaverat ante:
Vixque dedit victas utilitate manus[48].
Egredior, sive illud erat sine funere ferri[49].
Squallidus, inmissis hirta per ora comis.
Illa dolore mei, tenebris narratur obortis[50],
Semianimis media procubuisse domo.
Utque resurrexit[51], foedatis pulvere turpi
Crinibus, et gelida membra levavit humo;
Se modo, desertos modo complorasse Penates,
Nomen et erepti saepe vocasse viri:
Nec gemuisse minus, quam si nataeve meumve
Vidisset structos corpus habere rogos[52]:
Et voluisse mori; moriendo ponere sensus;
Respectuque tamen non posuisse mei[53].
Vivat, et absentem, quoniam sic fata tulerunt,
Vivat, et auxilio sublevet usque suo!

(Ovíd Trist. Eleg. III.)

***

Escribe á su mujer desahogando con ella su dolor.

Nec tantum [54] Clario Lyde dilecta poëtae,
Nec tantum Coo Battis [55] amata suo est;
Pectoribus quantum tu nostris, uxor, inhaeres,
Digna minus misero, non meliore viro.
Te mea, subposita, veluti trabe, fulta ruina est;
Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est.
Tu facis, ut spolium ne sim, neu nuder ab illis
Naufragii tabulas qui petiere mei.
Utque rapax stimulante fame cupidusque cruoris
Incustoditum captat ovile [56] lupus:
Aut ut edax vultur corpus circumspicit, ecquod
Sub nulla positum cernere possit humo [57];
Sic mea nescio quis rebus male fidus acerbis
In bona venturus, si paterere [58], fuit.
Hunc tua per fortes virtus submovit amicos,
Nulla quibus reddi gratia digna potest.
Ergo quam misero tam vero teste probaris:
Hic aliquod pondus si modo testis habet.
Nec probitate [59] tua prior est aut Hectoris uxor,
Aut comes exstincto Laodamia [60] viro.
Tu si Maeonium vatem sortita fuisses [61],
Penelopes esset [62] fama secunda tuae.
Sive tibi hoc debes, nulla pia facta magistra,
Cumque nova mores sunt tibi luce dati:
Femina seu princeps [63] omnes tibi culta per annos,
Te docet exemplum coniugis esse bonae:
Adsimilemque sui longa adsuetudine fecit;
Grandia si parvis adsimilare licet.

Heu mihi, non magnas quod habent mea carmina vires,
Nostraque sunt meritis ora minora tuis!
Si quid et in nobis vivi fuit ante vigoris,
Exstinctum longis occidit omne malis;
Prima locum sanctas heroidas inter haberes;
Prima bonis animi conspicerere[64] tui.
Quantumcumque tamen praeconia nostra valebunt,
Carminibus vives tempus in omne meis.

(Ovid. Trist. Eleg. VI.)

***

A un amigo dándole gracias porque no le había abandonado en su infortunio.

O mihi post ullos nunquam memorande sodales,
O cui praecipue sors mea visa sua est,
Adtonitum qui me, memini, carissime, primus
Ausus es adloquio sustinuisse[65] tuo;
Qui mihi consilium vivendi mite dedisti,
Cum foret in misero pectore mortis amor;
Scis bene, cui dicam[66], positis pro nomine signis,
Officium nec te fallit, amice, tuum.
Haec mihi semper erunt imis infixa medullis,
Perpetuusque animi debitor huius ero.
Spiritus et vacuas prius hic tenuandus in auras
Ibit, et in tepido deseret ossa rogo,
Quam subeant animo meritorum oblivia nostro,
Et longa pietas excidat ista die.
Di tibi sint faciles[67], et opis nullius egentem
Fortunam praestent dissimilemque meae.

Si tamen haec navis [68], vento ferretur amico,
Ignoraretur forsitan ista fides.
Thesea [69] Pirithous non tam sensisset amicum,
Si non infernas vivus adisset aquas.
Ut foret [70] exemplum veri Phocaeus amoris,
Fecerunt Furiae, tristis Oresta, tuae.
Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes,
Hyrtacidae Niso [71] gloria nulla foret.
Scilicet, ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum iuvat, et vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes:
At simul intonuit; fugiunt, nec noscitur ulli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
Atque haec exemplis quondam collecta priorum
Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis.
Vix duo, tresve mihi, de tot superestis amici;
Cetera [72] fortunae, non mea turba fuit.
Quo magis, o pauci, rebus succurrite laesis,
Et date naufragio litora tuta meo [73]:
Neve metu falso nimium trepidate timentes,
Hac offendatur ne pietate deus.
Saepe fidem adversis etiam laudavit in armis;
Inque suis amat hanc Caesar, in hoste probat [74].
Caussa mea est melior, qui non contraria fovi
Arma; sed hanc merui simplicitate fugam.
Invigiles igitur nostris pro casibus oro;
Diminui si qua numinis ira potest.
Scire meos casus siquis desiderat omnes,
Plus, quam quod fieri res sinit, ille petat.
Tot mala sum passus, quot in aethere [75] sidera lucent.
Parvaque quot siccus corpora pulvis habet.
Multaque credibili tulimus maiora, ratamque,

Quamvis acciderint, non habitura fidem [76].
Pars etiam mecum quaedam moriatur, oportet,
Meque velim possit dissimulante tegi.
Si vos infragilis [77], pectus mihi firmius esset,
Pluraque cum linguis pluribus ora forent;
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,
Materia vires exsuperante meas.
Pro duce Neritio [78], docti, mala nostra, poetae,
Scribite: Neritio nam mala plura tuli:
Ille brevi spatio multis erravit in annis
Inter Dulichias Iliacasque domos [79];
Nos freta sideribus totis distantia mensos
Sors tulit in Geticos Sarmaticosque sinus.
Ille habuit fidamque manum, sociosque fideles;
Me profugum comites deseruere mei:
Ille suam laetus patriam victorque petebat;
A patria fugio victus et exsul ego:
Nec mihi Dulichium domus est, Ithaceve, Sameve,
Poena quibus non est grandis abesse locis;
Sed quae de septem totum circumspicit orbem
Montibus [80], imperii Roma deumque locus:
Illi corpus erat durum patiensque laborum;
Invalidae vires, ingenuaeque [81] mihi.
Ille erat assidue saevis agitatus in armis;
Adsuetus studiis mollibus ipse fui:
Me deus oppressit, nullo mala nostra levante;
Bellatrix illi diva [82] ferebat opem:
Cumque minor Iove sit tumidis qui regnat in undis,
Illud Neptuni, me Iovis ira premit.
Adde quod illius pars maxima ficta laborum est;
Ponitur in nostris fabula nulla malis.
Denique quaesitos tetigit tamen ille Penates.
Quaeque diu petiit, contigit arva tamen;

At mihi perpetuo patria tellure carendum est,
Ni fuerit[83] laesi mollior ira dei.

(Ovid. Trist. Eleg. V.)

***

A un mal amigo, lamentándose de que le hubiese abandonado en su desgracia.

In caput alta suum labentur[84] ab aequore retro
Flumina: conversis solque recurret equis:
Terra feret stellas: coelum findetur aratro:
Unda dabit flammas; et dabit ignis aquas:
Omnia naturae praepostera legibus ibunt;
Parsque suum mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient, fieri quae posse negabam;
Et nihil est de quo non sit habenda fides.
Haec ego vaticinor; quia sum deceptus ab illo,
Laturum misero quem mihi rebar opem.
Tantane te, fallax, cepere oblivia nostri[85],
Adflictumne fuit tantus adire pudor?
Ut neque respiceres, nec solarere iacentem,
Dure! nec[86] exsequias prosequerere meas?
Illud amicitiae sanctum ac venerabile nomen
Re tibi pro vili sub pedibusque iacet?
Quid fuit[87] ingenti prostratum mole sodalem
Visere, et adloquii parte levare tui?
Inque meos si non lacrymam dimittere casus,
Pauca tamen ficto verba dolore queri?
Idque, quod ignoti faciunt[88] valedicere saltem,
Et vocem populi publicaque ora sequi?
Denique lugubres vultus, nunquamque videndos

Cernere supremo, dum licuitque die?
Dicendumque semel toto non amplius aevo
Accipere, et parili reddere voce: Vale?[89]
At fecere alii nullo mihi foedere iuncti,
Et lacrymas animi signa dedere sui.
Quid? nisi convictu caussisque valentibus essem,
Temporis et longi vinctus amore tibi?
Quid! nisi tot lusus et tot mea seria nosses,
Tot nossem lusus seriaque ipse tua?
Quid? si duntaxat Romae mihi cognitus esses,
Adscitus totiens in genus omne loci?
Cunctane in aequoreos abierunt irrita ventos?
Cunctane[90] Lethaeis mersa feruntur aquis?
Non ego te genitum placida reor urbe Quirini[91],
Urbe, meo quae iam non adeunda pede est;
Sed scopulis Ponti, quos haec habet ora, sinistri,
Inque feris Scythiae Sarmaticisque iugis:
Et tua sunt silicis circum praecordia venae,
Et rigidum ferri semina pectus habent:
Quaeque tibi quondam tenero ducenda palato
Plena dedit nutrix ubera, tigris erat.
At mala nostra minus quam nunc aliena putasses,
Duritiaeque mihi non agerere reus[92].
Sed quoniam accedit fatalibus hoc quoque damnis,
Ut careant numeris tempora prima suis;
Effice peccati ne sim memor huius, et illo
Officium laudem, quo queror, ore tuum.

(Ovid. Trist. I, Eleg. VIII.)

***

A su hija Perila, significándole su amor, y dándole algunos consejos.

Vade salutatum subito, perarata, Perillam
 Litera sermonis fida ministra mei,
Aut illam invenies dulci cum matre sedentem,
 Aut inter libros Pieridasque suas [93].
Quidquid aget, cum te scierit venisse, relinquet:
 Nec mora, quid venias, quidve, requiret, agam [94]
Vivere me dices: sed sic, ut vivere nolim:
 Nec mala tam longa nostra levata mora.
Et tamen ad Musas, quamvis nocuere, reverti,
 Aptaque in alternos cogere verba pedes [95].
Tu quoque, dic, studiis communibus ecquid inhaeres,
 Doctaque non patrio carmina more canis?
Nam tibi cum facie mores natura pudicos,
 Et raras dotes ingeniumque dedit.
Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas [96],
 Ne male fecundae vena periret aquae:
Primus id aspexi teneris in virginis annis:
 Utque patet venae duxque comesque fui.
Ergo si remanent ignes tibi pectoris iidem,
 Sola tuum vates Lesbia [97] vincet opus.
Sed vereor ne te mea nunc fortuna retardet [98],
 Postque meos casus sit tibi pectus iners.
Dum licuit, tua saepe mihi, tibi nostra legebam:
 Saepe tui iudex, saepe magister eram.
Aut ego praebebam factis modo versibus aures,
 Aut ubi cessaras, caussa ruboris eram.
Forsitan exemplo, quia me laesere libelli,
 Tu quoque sis poenae fata secuta meae.

Pone, Perilla, metum: tantummodo femina non sit
Devia [99], nec scriptis discat amare tuis.
Ergo desidiae remove, doctissima, caussas;
Inque bonas artes, et sua sacra redi.
Ista decens facies longis vitiabitur annis,
Rugaque in antiqua fronte senilis erit;
Iniicietque manum formae damnosa senectus,
Quae strepitum passu non faciente venit.
Cumque aliquis dicet: «Fuit haec formosa,» dolebis;
Et speculum [100] mendax esse querere tuum.
Sunt tibi opes modicae, cùm sis dignissima magnis.
Finge sed immensis censibus esse pares:
Nempe dat id cuicumque libet fortuna, rapitque;
Irus et est subito [101], qui modo Croesus erat.
Singula quid referam? nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis ingeniique bonis.
En ego cum patria caream, vobisque, domoque,
Raptaque sint, adimi quae potuere, mihi;
Ingenio tamen ipse meo comitorque, fruorque:
Caesar in hoc potuit iuris habere nihil.
Quilibet hanc saevo vitam mihi finiat ense;
Me tamen exstincto, fama superstes erit.
Dumque suis victrix omnem de montibus orbem
Prospiciet domitum Martia Roma, legar.
Tu quoque, quam studii maneat felicior usus [102],
Effuge [103] venturos qua potes usque rogos.

(Ovid. Trist. L. III, Eleg. VII.)



EPIGRAMAS DE MARCIAL

Contra Cota.

Bellus homo et magnus vis idem [1], Cotta, videri:
Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est [2].

(Mart. Epig. L. I. X.)

***

Sobre Régulo, con motivo de haberse hundido un pórtico en el momento que él acababa de pasar.

Itur ad Herculei gelidas qua Tiburis [3] arces,
Canaque [4] sulfureis Albula fumat aquis;
Rura, nemusque sacrum, dilectaque iugera Musis
Signat vicina quartus ab Urbe Lapis.
Hic rudis aestivas praestabat porticus [5] umbras;
Heu, quam paene novum porticus ausa nefas!
Nam subito collapsa ruit [6], cum mole sub illa
Gestatus biiugis Regulus isset equis [7].
Nimirum timuit nostras Fortuna querelas,
Quae par [8] tam magnae non erat invidiae.
Nunc et damna iuvant; sunt ipsa pericula tanti:
Stantia non poterant tecta probare deos.

(Ibid. Ep. XIII.)

***

A Tucca, con motivo de haber éste mezclado un mal mosto del Vaticano con un rico vino del Falerno.

Quid te, Tucca, iuvat vetulo miscere Falerno [9]
In Vaticanis condita musta cadis?
Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?
Aut quid fecerunt optima vina mali
De nobis facile est [10]: scelus est iugulare Falernum,
Et dare Campano toxica saeva mero.
Convivae meruere tui fortasse perire:
Amphora non meruit tam pretiosa mori.
(Ibid. Ep. XIX.)

***

A Elia, con motivo de estar desdentada.

Si memini [11], fuerant tibi quattuor, Aelia, dentes:
Exspuit una duos tussis, et una duos.
Iam secura potes totis tussire diebus;
Nil istic, quod agat, tertia tussis habet.
(Ibid. Ep. XX.)

***

A Fidentino, plagiario de sus versos.

Fama refert nostros te, Fidentine, libellos
Non aliter [12] populo, quam recitare tuos.
Si mea vis dici, gratis tibi carmina mittam.
Si dici tua vis; haec eme, ne mea sint.
(Ibid. Ep. XXX.)

***

A Gelia censurando su hipocresía.

Amisum non flet, cum sola est Gellia, patrem;
Si quis adest, iussae prosiliunt lacrymae[13].
Non dolet hic, quisquis laudari, Gellia, quaerit;
Ille dolet vere, qui sine teste dolet.
(Ibid. Ep. XXXIV.)

***

Contra un envidioso.

Qui ducis[14] vultus, et non legis ista libenter,
Omnibus invideas, livide; nemo tibi[15].
(Ibid. Ep. XLI.)

***

Contra un mal médico.

Nuper erat medicus, nunc est vespillo[16] Diaulus:
Quod vespillo facit, facerat et medicus.
(Ibid. Ep. XLVIII.)

***

Contra un tabernero, que aguaba el vino.

Continuis vexata madet[17] Vindemia nimbis.
Non potes, ut cupias, vendere, caupo, merum.
(Ibid. Ep. LVII.)

*
* *

A Liciniano, sobre la patria de muchos escritores.

Verona docti syllabas amat vatis[18]:
Marone[19] felix Mantua est:
Censetur Apona Livio suo tellus[20],
Stellaque nec Flacco minus.
Apollodoro[21] plaudit imbrifer Nilus[22];
Nasone Peligni sonant[23].
Duosque Senecas, unicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba[24].
Gaudent iocossae Canio suo Gades[25],
Emerita Deciano meo[26].
Te, Liciniane, gloriabitur nostra,
Nec me tacebit, Bilbilis[27].

(Ibid. Ep. LXII.)

*
* *

Con motivo de un pregón ridículo.

Venderet excultos colles cum praeco facetus,
Atque suburbani iugera pulchra soli;
Errat, ait, si quis Mario putat esse necesse
Vendere: nil debet, foenerat immo magis[28]:
Quae ratio est igitur? servos ubi perdidit omnes,
Et pecus, et fructus, non amat inde locum.
Quis faceret pretium, nisi qui sua perdere vellet
Omnia? sic Mario[29] noxius haeret ager.

(Ibid. Ep. LXXXVI.)

***

Contra Maximina, con motivo de ser desdentada.

Ride, si sapis, o puella, ride,
Pelignus, puto, dixerat, poeta;
Sed non dixerat omnibus puellis.
Verum ut dixerit[30] omnibus puellis,
Non dixit tibi; tu puella non es:
Et tres sunt tibi, Maximina, dentes,
Sed plane piceique, buxeique[31].
Quare si speculo mihique credis,
Debes non aliter timere risum,
Quam cretata[32] timet Fabulla nimbum,
Cerussata timet Sabella solem.
Vultus indue[33] tu magis severos,
Quam coniux Priami, nurusque maior.
Mimos ridiculi Philistionis[34],
Et convivia nequiora vita,
Et quidquid lepida procacitate
Laxat perspicuo labella risu.
Te moestae decet assidere matri,
Lugentique virum, piumque fratrem,
Et tantum tragicis vacare Musis.
At tu, iudicium secuta nostrum,
Plora, si sapis[35], o puella! plora.

(Ibid. L. II, Ep. XLI.)



Contra Ligurino, poeta ramplón.

Occurrit tibi nemo quod libenter;
Quod, quacumque venis, fuga est, et ingens
Circa te, Ligurine, solitudo;
Quid sit, scire cupis? [36] nimis poeta es:
Hoc valde vitium periculosum est.
Non tigris catulis citata raptis,
Non dipsas medio perusta sole,
Nec sic scorpius improbus timetur.
Nam tantos, rogo, quis ferat labores? [37]
Et stanti legis, et legis sedenti:
Currenti legis, et legis.....
In thermas fugio; sonas ad aurem [38].
Piscinam peto; non licet natare.
Ad coenam propero; tenes euntem.
Ad coenam venio; fugas edentem.
Lassus dormio; suscitas iacentem.
Vis, quantum facias mali, videre?
Vir iustus, probus, innocens timeris [39].

(Ibid. L. III, Ep. XLIV.)



ELEGIAS DE TIBULO

Recomienda la vida pacífica y sencilla del campo.

Divitias alius fulvo sibi congerat auro,
Et teneat culti iugera multa soli,
Quem labor assiduus [1] vicino terreat hoste,
Martia cui somnos classica pulsa [2] fugent.
Me mea paupertas vitae traducat inerti,
Dum meus exiguo luceat igne focus.
Ipse seram teneras maturo tempore vites,
Rusticus [3], et facili grandia poma manu.
Nec spes destituat, sed frugum semper acervos
Praebeat, et pleno pinguia musta lacu [4].
Nam veneror [5] seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in trivio florea serta lapis.
Et quodcumque mihi pomum novus educat annus,
Libatum agricolae ponitur ante deo [6].
Flava Ceres [7], tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quae templi pendeat ante fores;
Pomosisque ruber custos ponatur in hortis,
Terreat ut saeva falce Priapus aves [8].
Vos quoque, felicis quondam, nunc pauperis, agri [9]
Custodes, fertis munera vestra, Lares!
Tunc vitula innumeros lustrabat caesa iuvencos;
Nunc agna exigui est hostia magna soli.
Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes
Clamet: Io! messes et bona vina date! [10]
Iam modo non possum contentus vivere parvo,

Nec semper longae deditus esse viae;
Sed Canis[11] aestivos ortus vitare sub umbra
Arboris, ad rivos praetereuntis aquae.
Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem,
Aut stimulo tardos increpuisse boves.
Non agnamve sinu pigeat foetumve capellae
Desertum, oblita matre, referre domum.
At vos, exiguo pecori, furesque lupique,
Parcite; de magno est praeda petenda grege.
Hic ego[12] pastoremque meum lustrare quotannis
Et placidam soleo spargere lacte Palem.
Adsitis, divi, nec vos de paupere mensa
Dona, nec e puris spernite fictilibus.
Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
Pocula, de facili composuitque luto.
Non ego divitias patrum, fructusque requiro,
Quos tulit antiquo condita messis avo:
Parva seges satis est; satis est, requiescere lecto
Si licet, et solito membra levare toro.
Hoc mihi contingat: sit dives iure, furorem
Qui maris et tristes ferre potest pluvias.
Te bellare decet terra, Messala, marique,
Ut domus hostiles praeferat exuvias[13].
Hic ego dux milesque bonus; vos signa, tubaeque
Ite procul; cupidis vulnera ferte viris:
Ferte et opes; ego composito securus acervo[14],
Despiciam dites, despiciamque famem.

(Tibul, L. I, Eleg. I.)

***

Abomina de la guerra y recuerda las ventajas de la paz.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?
Quam ferus, et vere ferreus[15] ille fuit!
Tunc caedes hominum generi, tunc proelia nata,
Tunc brevior dirae mortis aperta via est![16]
At nihil ille miser meruit: nos ad mala nostra
Vertimus, in saevas quod dedit ille feras.
Divitis hoc vitium est auri[17]; nec bella fuerunt,
Faginus adstabat[18] cum scyphus ante dapes.
Non arces, non vallus erat: somnumque petebat
Securus varias dux gregis inter oves.
Tunc mihi vita foret, vulgi nec tristia nossem
Arma, nec audissem corde micante tubam!
Nunc[19] ad bella trahor, et iam quis forsitan hostis
Haesura in nostro tela gerit latere.
Sed patrii servate Lares; aluistis et iidem
Cursarem vestros cum tener ante pedes.
Neu pudeat prisco vos esse e stipite factos;
Sic veteris sedes incoluistis avi.
Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu[20]
Stabat in exigua ligneus aede deus.
Hic placatus erat, seu quis libaverat uvam,
Seu dederat sanctae spicea serta comae.
Atque aliquis, voti compos, liba ipse ferebat,
Postque comes purum filia parva favum.
At nobis aerata, Lares, depellite tela!
Hostia erit plena rustica porcus hara:
Hanc pura cum veste sequar, myrtoque canistra
Vincta geram, myrto vinctus et ipse caput[21].

Sic placeam vobis: alius sit fortis in armis,
    Sternat et adversos, Marte favente [22], duces;
Ut mihi potanti possit sua dicere facta
    Miles, et in mensa [23] pingere castra mero.
Quis furor est atram bellis arcessere Mortem?
    Imminet, et tacito clam venit illa pede.
Non seges est infra [24], non vinea culta; sed audax
    Cerberus [25], et Stygiae navita turpis aquae.
Illic percussisque genis, ustoque capillo [26],
    Errat ad obscuros pallida turba lacus.
Quam potius laudandus hic est, quem, prole parata [27],
    Occupat in parva pigra senecta casa.
Ipse suas sectatur oves, at filius agnos;
    Et calidam fesso comparat uxor aquam.
Sic ego sim; liceatque caput candescere canis,
    Temporis et prisci facta referre senem.
Interea Pax [28] arva colat. Pax candida primum
    Duxit aratores sub iuga curva boves.
Pax aluit vites, et succos condidit uvae,
    Funderet ut nato testa paterna merum.
Pace bidens vomerque vigent [29]: at tristia duri
    Militis in tenebris occupat arma situs.
At nobis, Pax alma, veni, spicamque teneto:
    Perfluat et pomis candidus ante sinus.

(Ibid. Eleg. X.)



VERSOS DE CATULO

Á la muerte del pájaro de Lesbia.

Lugete, o Veneres, Cupidinesque [1],
Et quantum est hominum venustiorum!
Passer mortuus est meae puellae!
Passer, deliciae meae puellae,
Quem plus illa oculis suis amabat.
Nam mellitus erat, suamque norat
Ipsa tam bene [2], quam puella matrem,
Nec sese a gremio illius movebat;
Sed circumsiliens modo huc, modo illuc,
Ad solam dominam usque pipilabat.
Qui nunc it [3] per iter tenebricosum,
Illuc, unde negant redire quemquam:
At vobis male sit, malae tenebrae
Orci, quae omnia bella devoratis:
Tam bellum mihi passerem abstulistis.
O factum male! O miselle passer [4],
Tua nunc opera, meae, puellae
Flendo turgiduli rubent ocelli! [5]

(Catul. Carm III.)

***

Á Asinio.

Marrucine Asini, manu sinistra
Non belle uteris [6] in ioco atque vino;

Tollis lintea negligentiorum [7].
Hoc salsum esse putas? fugit te, inepte,
Quamvis sordida res, et invenusta est.
Non credis mihi? crede Pollioni
Fratri, qui tua furta vel talento [8]
Mutari velit: est enim leporum
Disertus puer, ac facetiarum [9].
Quare aut hendecasyllabos trecentos
Exspecta, aut mihi linteum remitte,
Quod me non movet aestimatione [10],
Verum est mnemosynon [11] mei sodalis:
Nam sudaria Saetaba [12] ex Iberis
Miserunt mihi muneri Fabullus
Et Verannius. Haec amem necesse est,
Ut Veranniolum meum et Fabullum.

(Ibid. Carm. XII.)

***

Á Calvo Licinio.

Ni te plus oculis [13] meis amarem,
Iucundissime Calve, munere isto
Odissem te odio Vatiniano [14].
Nam quid feci ego, quidve sum locutus,
Cur me tot male perderes poetis?
Isti dii multa mala dent clienti,
Qui tantum tibi misit impiorum [15].
Quod si, ut suspicor, hoc novum ac repertum
Munus dat tibi Sulla literator;
Non es mi male [16], sed bene ac beate,
Quod non dispereunt tui labores [17].

Dii magni, horribilem et sacrum libellum [18]
Quem tu scilicet ad tuum Catullum
Misti [19], continuo ut die periret,
Saturnalibus, optimo dierum [20].
Non, non hoc tibi, false, sic abibit [21];
Nam, si luxerit [22] ad librariorum
Curram scrinia; Caesios, Aquinos,
Suffenum, omnia colligam venena [23],
Ac te his suppliciis remunerabor.
Vos hinc interea, valete, abite
Illuc, unde malum pedem tulistis,
Saecli incommoda, pessimi poetae.

(Ibid. Carm. XIV.)



Al dios de los jardines.

Hunc [24] ego, iuvenes, locum, villulamque palustrem
Tectam vimine iunceo, caricisque maniplis [25],
Quercus arida, rustica conformata securi,
Nutrivi, magis et magis ut beata quotannis:
Huius nam Domini colunt me, Deumque salutant,
Pauperis tugurii Paterque filiusque coloni:
Alter assidua colens diligentia, ut herba
Dumosa asperaque a meo sit remota sacello;
Alter parva ferens manu semper munera larga.
Florido mihi [26] ponitur picta vere corolla
Primitu', et tenera virens spica mollis arista;
Luteae violae mihi luteumque papaver,
Pallentesque cucurbitae, et suaveolentia mala [27];
Uva pampinea rubens educata sub umbra,

Sanguine hanc etiam mihi (sed tacebitis) aram
Barbatus linit hirculus cornipesque capella;
Pro queis omnia honoribus haec necesse Priapo
Praestare, et domini hortulum, vineamque tueri.
Quare hinc, o pueri, malas abstinete rapinas [28].
Vicinus prope dives est, negligensque Priapus.
Inde sumite, semita haec deinde vos feret ipsa.

(Ibid. Carm. XIX.)



DE LAS HISTORIAS DE CAYO CORNELIO TÁCITO

Reseña general de los sucesos de que se propone hablar Tácito en sus historias.

Opus adgredior opimum casibus [1], atrox proeliis, discors seditionibus, ipsa etiam pace saevum. Quattuor principes ferro interempti. Trina bella civilia, plura externa, ac plerumque permixta [2]. Prosperae in Oriente, adversae in Occidente res. Turbatum Illyricum; Galliae nutantes; perdomita Britannia, et statim missa [3]; coortae in nos Sarmatarum ac Suevorum gentes; nobilitatus [4] cladibus mutuis Dacus; mota prope etiam Parthorum arma falsí Neronis ludibrio. Iam vero Italia novis cladibus, vel post longam saeculorum seriem repetitis afflicta: hausta aut obruta fecundissima Campaniae ora; et urbs incendiis vastata, consumptis antiquissimis delubris [5], ipso Capitolio civium manibus incenso; pollutae caerimoniae; magna adulteria, plenum exiliis mare; infecti caedibus scopuli. Atrocius in urbe saevitum: nobilitas opes, omissi gestique honores pro crimine [6], et ob virtutes certissimum exitium. Nec minus praemia delatorum invisa, quam scelera: cum alii sacerdotia et consulatus ut spolia adepti, procurationes alii et interiorem potentiam, agerent, verterent cuncta odio et terrore. Corrupt ini dominos servi, in patronos liberti; et, quibus deerat inimicus, per amicos oppressi

Non tamen adeo virtutum sterile saeculum, ut non et bona exempla prodiderit. Comitatae profugos liberos matres; secutae maritos in exsilia coniuges; propinqui audentes [7]; constantes generi; contumax, etiam adversus tormenta, servorum fides; supremae clarorum virorum necessitates fortiter toleratae, etlaudatis antiquorum mortibus pares exitus [8]. Praeter multiplices rerum human arum casus, coelo terraque prodigia, et fulminum monitus, et futurorum praesagia, laeta tristia, ambigua manifesta. Nec enim umquam atrocioribus populi romani cladibus magisve iustis indiciis approbatum est non esse curae deis securitatem nostram, esse ultionem [9].

(Tac. Hist. L. I, c. II y III.)

***

Estado de Roma y de los ejércitos.

Ceterum, antequam destinata componam, repetendum videtur, qualis status urbis, quae mens execirtuum, quis habitus provinciarum, quid in toto terrarum orbe validum, quid aegrum fuerit: ut non modo casus eventusque rerum, qui plerumque fortuiti [10] sunt, sed ratio etiam caussaeque noscantur. Finis Neronis ut laetus primo gaudentium impetu fuerat, ita varios motus animorum, non modo in urbe apud patres aut populum aut urbanum militem [11], sed omnes legiones ducesque conciverat, evulgato imperii arcano, posse principem alibi quam Romae fieri. Sed patres laeti, usurpata statim libertate licentius, ut erga principem novum et absentem; primores equitum proximi gaudio

patrum [12]; pars populi integra et magnis domibus adnexa, clientes, libertique damnatorum et exsulum in spem erecti; plebs sordida et circo ac theatris sueta, simul deterrimi servorum, aut qui adesis bonis [13] per dedecus Neronis alebantur, moesti et rumorum avidi.

Miles urbanus, longo Caesarum sacramento imbutus [14], et ad destituendum Neronem arte magis et impulsu quam suo ingenio traductus, postquam neque dari donativum sub nomine Galbae promissum, neque magnis meritis ac premiis eundem in pace, quem in bello, locum, praeventamque gratiam intellegit apud principem a legionibus factum, pronus ad novas res, scelere insuper Nymphidii Sabini praefecti imperium sibi molientis agitatus. Et Nymphidius quidem in ipso conatu oppressus; set quamvis capite defectionis ablato, manebat plerisque militum conscientia [15], nec deerant sermones senium atque avaritiam Galbae increpantium. Laudata olim et militari fama celebrata severitas eius angebat adspernantes veterem disciplinam atque ita quattuordecim annis a Nerone assuefactos, ut haud minus vitia principum amarent, quam olim virtutes verebantur. Accessit Galbae vox pro republica honesta, ipsi anceps [16], «legi a se militem, non emi.» Nec enim ad hanc formam cetera erant.

(Tac. Hist. L. I, c. IV y V.)

***

Estado de la España, de la Galia, de la Germania, del Oriente, del Egipto y de las demás provincias á la muerte de Nerón.

Et hic quidem Romae, tamquam in tanta multitudine, habitus animorum [17] fuit. E provinciis Hispaniae

praeerat Cluvius Rufus, vir facundus, et pacis artibus, bellis inexpertus [18]. Galliae super memoriam Vindicis obligatae recenti dono Romanae civitatis et in posterum tributi levamento [19]. Proximae tamen Germanicis exercitibus Galliarum civitates, non eodem honore habitae, quaedam etiam finibus ademptis, pari dolore commoda aliena ac suas iniurias metiabantur. Germanici exercitus, quod periculosissimum in tantis viribus, solliciti et irati, superbia recentis victoriae et metu, tamquam alias partes fovissent. Tarde a Nerone desciverant, nec statim pro Galba Verginius [20]: an imperare voluisset, dubium; delatum ei a milite imperium conveniebat. Fonteium Capitonem occisum etiam, qui queri non poterant, tamen indignabantur. Dux deerat, abducto Verginio per simulationem amicitiae; quem non remitti atque etiam reum esse [21] tamquam suum crimen accipiebant.

Superior exercitus legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum invalidum, sine constantia, sine auctoritate, ne quieto quidem milite regimen [22]; adeo furentes infirmitate retinentis ultro accendebantur. Inferioris Germaniae legiones diutius sine consulari fuere, donec, missu Galbae, A. Vitellius aderat, censoris Vitellii ac ter consulis filius: id satis videbatur. In Britannico exercitu nihil irarum: non sane aliae legiones, per omnes civilium bellorum motus innocentius egerunt, seu quia procul et oceano divisae, seu crebris expeditionibus doctae hostem potius odisse. Quies et Illyrico, quamquam excitae a Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adissent. Sed longis spatiis discreti exercitus, quod saluberrimum est ad continendam militarem fidem [23], nec vitiis nec viribus miscebantur.

Oriens adhuc inmotus. Syriam et quattuor legiones obtinebat Licinius Mucianus, vir secundis adversisque iuxta famosus [24]. Insignes amicitias iuvenis ambitiose coluerat; mox attritis opibus, lubrico statu, suspecta etiam Claudii iracundia, in secretum Asiae sepositus, tam prope ab exule fuit quam postea a principe [25]. Luxuria industria, comítate arrogantia, malis bonisque artibus mixtus. Nimiae voluptates, cum vacaret; quotiens expedierat, magnae virtutes. Palam laudares: secreta male audiebant [26]. Sed apud subiectos, apud proximos, apud collegas, variis illecebris potens, et cui expeditius fuerit tradere imperium quam obtinere. Bellum Iudaicum Flavius Vespasianus (ducem eum Nero delegerat) tribus legionibus administrabat [27]. Nec Vespasiano adversus Galbam votum aut animus; quippe Titum filium ad venerationem cultumque eius miserat, ut suo loco memorabimus. Occulta fati et ostentis ac responsis [28] destinatum Vespasiano liberisque eius imperium post fortunam credidimus.

Aegyptum copiasque, quibus coerceretur, iam inde a divo Augusto, equites Romani obtinent, loco regum: ita visum expedire, provinciam aditu difficilem, annonae fecundam, superstitione ac lascivia discordem ac mobilem, insciam legum, ignaram magistratuum, domi retinere. Regebat tum Tiberius Alexander, eiusdem nationis. Africa ac legio, in ea interfecto Clodio Macro, contenta qualicumque principe, post experimentum domini minoris. Duae Mauretaniae, Raetia, Noricum, Thratia, et quae aliae procuratoribus cohibentur, ut cuique exercitui vicinae, ita in favorem aut odium contactu valentiorum agebantur. Inermes provinciae, atque ipsa in primis Italia, cuicumque servitio exposita, in pretium belli cessurae erant. Hic fuit

rerum Romanarum status, cum Servius Galba iterum Titus Vinius consules inchoavere annum sibi ultimum, rei publicae prope supremum.

(Tac. Hist. L. I, c. VIII, IX, X y XI.)

***

Discurso de Galba al adoptar á Pison.

Igitur Galba, apprehensa Pisonis manu, in hunc modum locutus fertur: «Si te privatus lege curiata[29] »apud pontifices, ut moris est, adoptarem, et mihi »egregium erat Cn. Pompei et M. Crassi sobolem in »penates meos adsciscere, et tibi insigne[30] Sulpiciae »ac Lutatiae decora nobilitati tuae adiecisse. Nunc »me deorum hominumque consensu ad imperium vo»catum, praeclara indoles tua[31] et amor patriae im»pulit, ut principatum, de quo maiores nostri armis »certabant, bello adeptus, quiescenti offeram, exemplo »divi Augusti, qui sororis filium Marcellum, dein ge»nerum Agrippam, mox nepotes suos, postremo Tibe»rium Neronem privignum, in proximo sibi fastigio »collocavit[32]. Sed Augustus in domo successorem quae»sivit; ego in republica. Non quia propinquos, aut »socios belli non habeam; sed neque ipse imperium »ambitione accepi; et iudicii mei documentum sint non »meae tantum necessitudines, quas tibi postposui, sed »et tuae. Est tibi frater pari nobilitate, natu maior, »dignus hac fortuna, nisi tu potior esses. Ea aetas »tua, quae cupiditates adulescentiae iam effugerit[33]; ea »vita, in qua nihil praeteritum excusandum habeas. »Fortunam adhuc tantum adversam tulisti. Secundae

»res acrioribus stimulis animos explorant; quia miseriae tolerantur, felicitate corrumpimur. Fidem, libertatem, amicitiam, praecipua humani animi bona, tu »quidem eadem constantia retinebis; sed alii per obsequium imminuent. Irrumpet adulatio blanditiae, »pessimum veri affectus venenum, sua cuique utilitas[34]. »Etiam ego ac tu simplicissime inter nos hodie loquimur; ceteri libentius cum fortuna nostra quam nobiscum. Nam suadere principi quod oporteat, multi »laboris; assentatio erga quemcumque principem sine »affectu peragitur.»

»Si inmensum imperii corpus stare ac librari sine »rectore posset, dignus eram, a quo res publica inciperet[35]. Nunc eo necessitatis iam pridem ventum est[36], »ut nec mea senectus conferre plus populo Romano »posset, quam bonum successorem, nec tua plus iuventa, »quam bonum principem. Sub Tiberio et Caio et »Claudio, unius familiae quasi haereditas fuimus[37]: »loco libertatis erit, quod eligi coepimus. Et finita »Iuliorum Claudiorumque domo, optimum quemque[38] »adoptio inveniet. Nam generari et nasci a principibus »fortuitum, nec ultra aestimatur; adoptandi iudicium »integrum[39], et si velis eligere, consensu monstratur. »Sit ante oculos Nero, quem longa Caesarum serie »tumentem, non Vindex cum inermi provincia aut »ego cum una legione, sed sua immanitas, sua luxuria »cervicibus publicis depulere[40]: neque erat adhuc damnati principis exemplum. Nos bello et ab aestimantibus[41] adsciti, cum invidia, quamvis egregii, erimus. »Nec tamen territus fueris, si duae legiones in hoc »concussi orbis motu nondum quiescunt[42]. Ne ipse »quidem ad securas res accessi: et, audita adoptione, »desinam videri senex, quod nunc mihi unum obicitur.

»Nero a pessimo quoque semper desiderabitur; mihi »ac tibi providendum est, ne etiam a bonis desidere»tur[43]. Monere diutius neque temporis huius; et imple»tum est omne consilium, si te bene elegi. Utilissimus »idem ac brevissimus bonarum malarumque rerum »dilectus est cogitare, quid aut volueris sub alio prin»cipe aut nolueris. Neque enim hic, ut in ceteris gen»tibus, quae regnantur[44], certa dominorum domus et »ceteri servi: sed imperaturus es hominibus, qui nec »totam servitutem pati possunt nec totam libertatem.» Et Galba quidem haec ac talia, tamquam principem faceret, ceteri tamquam cum facto[45] loquebantur.

(Tac. Hist., L. I, c. XV y XVI.)

***

Moderación de Pison.—Rigor intempestivo de Galba.—Envian comisionados para promover una sedición.

Pisonem ferunt statim intuentibus, et mox coniectis in eum omnium oculis, nullum turbati aut exultantis animi motum prodidisse. Sermo erga patrem imperatoremque reverens, de se moderatus; nihil in vultu habituque mutatum, quasi imperare posset magis quam vellet. Consultatum inde, pro rostris[46] an in senatu an in castris adoptio nuncuparetur[47]. Iri in castra placuit: «honorificum id militibus fore, quorum favorem, ut largitione et ambitu male adquiri, ita per bonas artes[48] haud spernendum». Circumsteterat interim palatium publica expectatio, magni secreti inpatiens; et male coercitam famam supprimentes augebant.

Quartum idus Ianuarias[49], foedum imbribus diem, tonitrua et fulgura et coelestes minae ultra solitum[50] turbaverant. Observatum id antiquitus comitiis dirimendis[51] non terruit Galbam, quo minus in castra pergeret, contemptorem talium, ut fortuitorum, seu quae fatu manent[52], quamvis significata, non vitantur. Apud frequentem militum contionem, imperatoria brevitate, adoptari a se Pisonem, exemplo divi Augusti, et more militari, quo vir virum legeret, pronunciat; ac ne dissimulata seditio in maius crederetur, ultro asseverat, quartam et duodevicesimam legiones, paucis seditionis auctoribus, non ultra verba ac voces errasse et brevi in officio fore.» Nec ullum orationi aut lenocinium addit aut pretium. Tribuni tamen centurionesque et proximi militum grata auditu respondent; per ceteros maestitia ac silentium, tamquam usurpatam etiam in pace donativi necessitatem bello perdidissent. Constat potuisse conciliari animos quantulacumque parci senis liberalitate[53]; nocuit antiquus rigor et nimia severitas, cui iam pares non sumus.

Inde apud senatum non comptior Galbae, non longior, quam apud militem sermo. Pisonis comis oratio; et patrum favor aderat: multi voluntate; effusius, qui noluerant; medii ac plurimi, obvio obsequio, privatas spes agitantes[54], sine publica cura. Nec aliud sequenti quatriduo (quod medium inter adoptionem et caedem fuit) dictum a Pisone in publico factumve. Crebrioribus in dies Germanicae defectionis nuntiis et facili civitate ad accipienda credendaque omnia nova, cum tristia sunt, censuerant patres mittendos ad Germanicum exercitum legatos. Agitatum secreto, num et Piso proficisceretur; maiore praetexto[55] illi auctoritatem senatus, hic dignationem Caesaris laturus. Pla-

cebat et Laconem, praetorii praefectum, simul mitti. Is consilio intercessit. Legati quoque (nam senatus electionem Galbae permiserat) foeda inconstantia nominati, excusati, substituti, ambitu remanendi aut eundi, ut quemque metus vel spes impulerat.

(Tac. Hist., L. I, c. XVII, XVIII y XIX.)

***

Retíranse las dádivas de Nerón á muchos que las habían recibido con prodigalidad —Medita Oton una revolución: su habilidad para corromper á los soldados.—Negligencia de Lacon, prefecto de las guardias pretorianas.—Oton es proclamado Emperador, y conducido al campo

Proxima pecuniae cura, et cuncta scrutantibus iustissimum visum est inde repeti, ubi inopiae caussa erat. Bis et vicies milies sestertium [56] donationibus Nero effuderat. Appellari singulos iussit, decuma parte liberalitatis apud quemque eorum relicta [57]. At illis vix decumae super portiones erant, isdem erga aliena sumptibus, quibus sua prodegerant, cum rapacissimo cuique ac perditissimo non agri aut faenus, sed sola instrumenta vitiorum manerent [58]. Exactioni triginta equites Romani praepositi, novum officii genus et ambitu ac numero onerosum; ubique hasta et sector, et inquieta urbs auctionibus [59]. Attamen grande gaudium, quod tam pauperes forent, quibus donasset Nero, quam quibus abstulisset. Exauctorati [60] per eos dies tribuni, e praetorio Antonius Taurus et Antonius Naso, ex urbanis cohortibus Aemilius Pacensis, e vigiliis Iulius Fronto. Nec remedium in ceteros fuit, sed metus initium, tamquam per artem et formidinem singuli pellerentur omnibus suspectis.

Interea Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium[61], multa simul extimulabant, luxuria etiam principi onerosa, inopia vix privato toleranda, in Galbam ira, in Pisonem invidia. Fingebat et metum, quo magis concupisceret: «Praegravem se Neroni fuisse; nec Lusitaniam rursus et alterius exilii honorem expectandum; suspectum semper invisumque dominantibus, qui proximos destinaretur; nocuisse id sibi apud senem principem; magis nociturum apud iuvenem, ingenio trucem, et longo exilio efferatum[62]. Occidi Othonem posse; proinde agendum audendumque, dum Galbae auctoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset. Opportunos magnis conatibus transitus rerum[63]; nec cunctatione opus, ubi perniciosior sit quies quam temeritas. Mortem omnibus ex natura aequalem, oblivione apud posteros vel gloria distingui. Ac si nocentem innocentemque idem exitus maneat[64], acrioris viri esse merito perire.»

Non erat Othonis mollis et corpori similis animus. Et intimi libertorum servorumque, corruptius quam in privata domo habiti, aulam Neronis et luxus, adulteria, matrimonia, cetaresque regnorum libidines, avido talium, si auderet, ut sua ostentantes, quiescenti ut aliena exprobrabant; urgentibus etiam mathematicis, dum novos motus et clarum Othoni annum observatione siderum affirmant: genus hominum potentibus infidum, sparantibus fallax, quod in civitate nostra et vetabitur semper et retinebitur. Multos secreta Poppaeae[65] mathematicos, pessimum principalis matrimonii instrumentum, habuerant; e quibus Ptolemaeus, Othoni in Hispania comes, cum superfuturum eum Neroni[66] promisisset, postquam ex eventu fides, coniectura iam et rumore senium Galbae et iuventam

Othonis computantium persuaserat fore, ut in imperium adscisceretur. Sed Otho, tamquam peritia et monitu fatorum praedicta accipiebat, cupidine ingenii humani libentius obscura credendi [67]. Nec deerat Ptolemaeus, iam et sceleris instinctor, ad quod facillime ab eiusmodi voto transitur.

Sed sceleris cogitatio incertum an repens: studia militum iam pridem spe successionis aut paratu facinoris affectaverat in itinere, in agmine, in stationibus vetustissimum quemque militum nomine vocans ac memoria Neroniani comitatus contubernales appellando; alios agnoscere, quosdam requirere et pecunia aut gratia iuvare, inserendo saepius querellas et ambiguos de Galba sermones [68], quaeque alia turbamenta vulgi. Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperii atrocius accipiebantur, cum Campaniae lacus et Achaiae urbes classibus adire soliti, Pyrenaeum et Alpes et immensa viarum spatia aegre sub armis eniterentur [69].

Flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Maevius Pudens, e proximis Tigellini. Is mobilissimum quemque [70] ingenio aut pecuniae indigum et in novas cupiditates praecipitem alliciendo, eo paulatim progressus est, ut per speciem convivii [71], quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim [72] centenos nummos divideret: quam velut publicam largitionem Otho secretioribus apud singulos praemiis intendebat, adeo animosus corruptor [73], ut Cocceio Proculo speculatori, de parte finium cum vicino ambigenti, universum vicini agrum sua pecunia emptum dono dederit: per socordiam praefecti, quem nota pariter et occulta fallebant.....

Octavo decimo kalend. febr. sacrificanti pro aede

Apollinis[74] Galbae haruspex Umbricius tristia exta et instantes insidias ac domesticum hostem praedicit, audiente Othone (nam proximus adstiterat) idque ut laetum e contrario et suis cogitationibus prosperum interpretante. Nec multo post Libertus Onomastus nuntiat expectari eum ab architecto et redemptoribus; quae significatio coeuntium iam militum et paratae coniurationis convenerat. Otho caussam digressus requirentibus cum emi sibi praedia vetustate suspecta eoque prius exploranda finxisset, innixus liberto, per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad miliarium aureum, sub aedem Saturni, pergit. Ibi tres et viginti speculatores consalutatum imperatorem ac paucitate salutantium trepidum, et sellae festinanter impositum, strictis mucronibus et gladiis rapiunt. Totidem ferme milites in itinere aggregantur, alii conscientia, plerique miraculo[75], pars clamore, pars silentio, animum ex eventu sumpturi.

Stationem in castris agebat[76] Iulius Martialis tribunus. Is, magnitudine subiti sceleris, an corrupta latius castra, ac, si contra tenderet, exitium metuens, praebuit plerisque suspicionem conscientiae. Anteposuere ceteri quoque tribuni centurionesque praesentia dubiis et honestis. Isque habitus animorum fuit, ut pessimum facinus auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur.

(Tac. Hist. L. I, c. XX, XXI, XXII, XXIII, XXIV y XXVII.)



ORACIÓN I DE CICERON CONTRA L. CATILINA

¿Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? ¿quandiu etiam furor iste tuus nos eludet? ¿quem ad finem sese effraenata iactabit audacia? ¿Nihilne te nocturnum praesidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt? ¿Patere tua consilia non sentis? ¿constrictam iam omnium horum conscientia teneri coniurationem tuam non vides? ¿Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris?

¡O tempora! o mores! Senatus haec intellegit, consul videt; hic tamen vivit ¿Vivit? Imo vero etiam in senatum venit: fit publici consilii particeps: notat, et designat oculis ad caedem unumquemque nostrum. Nos autem, viri fortes, satisfacere republicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus.

Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat: in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes iandiu machinaris. An vero vir amplissimus Publ. Scipio pontifex maximus, Tiber. Gracchum, mediocriter labefactantem statum rei publicae, privatus interfecit: ¿Catilinam vero, orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua praetereo, quod Q. Servilius Ahala Sp. Melium, novis

rebus studentem, manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum, quam acerbissimum hostem, coercerent. Habemus enim senatus consultum in te, Catilina, vehemens et grave: non deest reipublicae consilium, neque auctoritas huius ordinis: nos, nos, dico aperte, consules desumus.

Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, ne quid res publica detrimenti caperet. Nox nulla intercessit; interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, maioribus: occisus est cum liberis M. Fulvius, consularis. Simili senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus permissa est re publica: ¿num unum diem postea L. Saturninum tribunum plebis, et C. Servilium praetorem, mors ac rei publicae poena remorata est? At nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim huiusmodi senatus consultum, verumtamen inclusum in tabulis, tamquam in vagina reconditum: quo ex senatus consulto confestim interfectum te esse, Catilina, convenit. Vivis, et vivis non ad deponendam; sed ad confirmandam audaciam. Cupio, Patres conscripti, me esse clementem: cupio in tantis rei publicae periculis non dissolutum videri: sed iam me ipsum inertiae nequitiaeque condemno.

Castra sunt in Italia contra rem publicam in Etruriae faucibus collocata: crescit in dies singulos hostium numerus: eorum autem imperatorem castrorum, ducemque hostium, intra moenia, atque adeo in senatu videmus, intestinam aliquam quotidie perniciem rei publicae molientem. Si te iam, Catilina, comprehendi, si interfici iussero: credo, erit verendum mihi

ne non hoc potius omnes boni serius a me, quam quisquam crudelius factum esse dicat. Verum ego hoc, quod iampridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Tum denique interficiam te, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non iure factum esse fateatur. Quandiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives: et vives ita, ut nunc vivis, multis meis, et firmis praesidiis obsessus, ne commovere te contra rem publicam possis. Multorum te etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.

Etenim ¿quid est, Catilina, quod iam amplius expectes, si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios, nec privata domus parietibus continere vocem coniurationis tuae potest? ¿Si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta iam istam mentem: mihi crede: obliviscere caedis atque incendiorum. Teneris undique: luce sunt clariora nobis tua consilia omnia: quae etiam mecum licet recognoscas. ¿Meministine, me ante diem XII Kalendas Novembris dicere in senatu, fore in armis certo die, qui dies futurus esse ante diem VI Kalendas Novembris, C. Mallium, audaciae satellitem atque administrum tuae? ¿Num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis; verum, id quod multo magis est admirandum, dies? Dixi ego idem in senatu, caedem te optimatum contulisse in ante diem V Kalendas Novembris, tum cum multi principes civitatis Roma non tam sui conservandi, quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. Num inficiari potes, te illo ipso die meis praesidiis, mea diligentia circumclusum, commovere te contra rem publicam non potuisse, cum

in discessu ceterorum, nostra tamen, qui remansissemus, caede contentum te esse dicebas? Quid? cum te Praeneste Kalendis ipsis Novembris occupaturum nocturno impetu esse confideres; ¿sensistine, illam coloniam meo iussu, meis praesidiis, custodiis, vigiliisque esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod non modo non audiam, sed etiam non videam, planeque sentiam.

Recognosce tandem mecum illam superiorem noctem. Iam intelleges multo me vigilare acrius ad salutem, quam te ad perniciem rei publicae. Dico te priori nocte venisse inter falcarios (non agam obscure) in M. Leccae domum: convenisse eodem complures eiusdem amentiae, scelerisque socios. ¿Num negare audes? ¿quid taces? convincam, si negas. Video enim esse hic in senatu quosdam, qui tecum una fuere.

¡O dii immortales! ¿ubinam gentium sumus? ¿in qua urbe vivimus? ¿Quam rem publicam habemus? Hic, hic sunt, in nostro numero, Patris conscripti, in hoc orbis terrae sanctissimo, gravissimoque consilio, qui de meo, nostrumque omnium interitu, qui de huius urbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitent. Hosce ego video consul, et de re publica sententiam rogo: et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Fuisti igitur apud Leccam illa nocte, Catilina: distribuisti partes Italiae: statuisti, quo quemque proficisci placeret: delegisti quos Romae relinqueres, quos tecum educeres: descripsisti urbis partes ad incendia: confirmasti, te ipsum iam esse exiturum: dixisti paululum tibi esse tum morae, quod ego viverem. Reperti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberarent, et sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Haec

ego omnia, vix dum etiam coetu vestro dimisso, comperi: domum meam maioribus praesidiis munivi atque firmavi: exclusi eos, quos tu mane ad me salutatum miseras, cum illi ipsi venissent, quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse praedixeram.

Quae cum ita sint, Catilina, perge quo coepisti; egredere aliquando ex urbe; patent portae: proficiscere. Nimium diu te imperatorem illa tua Malliana castra desiderant. Educ tecum etiam omnes tuos; si minus, quam plurimos. Purga urbem. Magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus intersit. Nobiscum versari iam diutius non potes: non feram, non patiar, nos sinam. Magna diis immortalibus habenda est gratia atque huic ipsi Iovi Statori, antiquissimo custodi huius urbis, quod hanc tam tetram, tam horribilem, tanque infestam rei publicae pestem totiens iam effugimus. Non est saepius in uno homine salus summa periclitanda rei publicae. Quandiu mihi consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me praesidio, sed privata diligentia defendi. Cum proximis comitiis consularibus me consulem in campo, et competitores interficere voluisti, compressi tuos nefarios conatus amicorum praesidio et copiis, nullo tumultu publice concitato: denique quotienscumque me petiisti, per me tibi obstiti: quamquam videbam perniciem meam cum magna calamitate rei publicae esse coniunctam. Nunc iam aperte rem publicam universam petis. Templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique totam, ad exitium et vastitatem vocas. Quare, quoniam id, quod primum atque huius imperii disciplinaeque maiorum proprium est, facere nondum audeo: faciam id, quod

est ad severitatem lenius, ad communem salutem utilius. Nam, si te interfici iussero, residebit in re publica reliqua coniuratorum manus. Sin tu (quo te iam dudum hortor) exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina rei publicae. ¿Quid est, Catilina? ¿num dubitas id, me imperante, facere, quod iam tua sponte faciebas? Exire ex urbe consul hostem iubet. Interrogas me, ¿num in exilium? non iubeo: sed, si me consulis, suadeo.

¿Quid enim, Catilina, est, quod te iam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est extra istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat: nemo, qui te non oderit ¿Quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est? ¿quod privatarum rerum dedecus non haeret infamiae? ¿quae libido ab oculis, quod facinus a manibus umquam tuis, quod flagitium a toto corpore abfuit? ¿cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem, facem praetulisti? Quid vero? nuper, cum morte superioris uxoris, novis nuptiis domum vacuam fecisses, ¿nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? Quod ego praetermitto et facile patior sileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut extitisse aut non vindicata esse videatur. Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties. Ad illa venio, quae non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam rei publicae atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent.

Potestne tibi huius vitae haec lux, Catilina, aut huius coeli spiritus esse iuncundus, cum scias, horum

esse neminem qui nesciat, te pridie Kalendas Ianuarias, Lepido et Tullio consulibus, stetisse in comitio cum telo? manum consulum, et principum civitatis interficiendorum causa paravisse? sceleri, ac furori tuo non mentem aliquam, aut timorem tuum, sed fortunam populi Romani obstitisse? Ac iam illa omitto, neque enim sunt aut obscura, aut non multo postea commissa. Quotiens tu me designatum, quotiens me consulem interficere conatus es? Quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione, et ut aiunt, corpore effugi? Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod me latere valeat in tempore: neque tamen conari, ac velle desistis. Quotiens iam tibi extorta est sica ista de manibus? quotiens vero excidit casu aliquo, et elapsa est? Tamen ea carere diutius non potes: quae quidem quibus ab te initiata sacris, ac devota sit, nescio, quod eam necesse putas consulis in corpore defigere.

Nunc vero, quae tua est ista vita! sic enim iam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo, sed ut misericordia, quae tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum. Quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis amicis, ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini, vocis expectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Quid quod adventu tuo ista subsellia vacua facta sunt? quod omnes consulares, qui tibi persaepe ad caedem constituti fuerunt, simulatque assedisti, partem istam subseliorum nudam, atque inanem reliquerunt? Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas? Servi me hercle mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem

non arbitraris? Et, si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter, atque offensum viderem, carere me aspectu civium, quam infestis oculis omnium conspici mallem. Te, cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum, et iam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes, sensusque vulneras, eorum aspectum, praesentiamque vitare? Si te parentes timerent, atque odissent tui, neque eos ulla ratione placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes. Nunc te patria, quae communis est omnium nostrum parens, odit ac metuit: et iamdiu de te nihil iudicat, nisi de parricidio suo cogitare. Huius tu neque auctoritatem verebere, neque iudicium sequere, neque vim pertimesces? Quae tecum, Catilina, sic agit, et quodammodo tacita loquitur: Nullum iam tot annos facinus extitit, nisi per te: nullum flagitium sine te: tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio, direptioque sociorum impunita fuit, ac libera: tu non solum ad negligendas leges, ac quaestiones, verum etiam ad evertendas, perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli. Nunc vero me totam esse in metu propter te unum; quidquid increpuerit, Catilinam timeri; nullum videri contra me consilium iniri posse, quod a tuo scelere abhorreat; non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe: si verus, ne opprimar: sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam.

Haec si tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiamsi vim adhibere non possit? Quid? quod tu te ipse in custodiam dedisti? Quid? quod vitandae suspicionis causa apud M. Lepidum te habitare velle dixisti? a quo non receptus, etiam ad me venire ausus es; atque, ut domi meae te asservarem,

rogasti. Cum a me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse iisdem parietibus tuto esse tecum, qui magno in periculo essem, quod iisdem moenibus contineremur; ad Q. Metellum praetorem venisti. A quo repudiatus ad sodalem tuum, virum optimum, M. Marcellum, demigrasti: quem tu videlicet et ad custodiendum te, diligentissimum, et ad suspicandum sagacissimum, et ad vindicandum fortissimum fore putasti. Sed quam longe videtur a carcere, atque a vinculis abesse debere, qui se ipsum iam dignum custodia iudicaverit?

Quae cum ita sint, Catilina, dubitas, si hic emori aequo animo non potes, abire in aliquas terras, et vitam istam multis suppliciis iustis, debitisque ereptam fugae, solitudinique mandare? Refer, inquis, ad senatum (id enim postulas) et, si hic ordo placere sibi decreverit, te ire in exilium, obtemperaturum te esse dicis. Non referam id, quod abhorret a meis moribus; et tamen faciam, ut intellegas quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina, libera rem publicam metu: in exilium, si hanc vocem expectas, proficiscere. Quid est, Catilina? ecquid attendis, ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur, tacent. Quid expectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis?

At, si hoc idem huic adolescenti optimo P. Sextio, si fortissimo viro M. Marcello dixissem; iam mihi consuli hoc ipso in templo, iure optimo senatus vim, et manus intulisset. De te autem, Catilina, cum quiescunt, probant: cum patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant. Neque hi solum, quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima: sed etiam illi equites Romani, honestissimi, atque optimi viri, cete-

rique fortissimi cives, qui circumstant senatum; quorum tu et frequentiam videre et studia perspicere, et voces paulo ante exaudire potuisti: quorum ego vix abs te iamdiu manus, ac tela contineo; et eosdem facile adducam, ut te haec, quae iam pridem vastare studes, relinquentem usque ad portas prosequantur.

Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat? tu ut umquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditare? ut ullum tu exilium cogites? Utinam tibi istam mentem dii immortales donarent! Tametsi video, si mea voce perterritus ire in exilium animum induxeris, quanta tempestas invidiae nobis, si minus in praesens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. Sed est mihi tanti, dummodo ista privata sit calamitas, et a rei publicae periculis seiungatur. Sed, tu ut vitiis tuis commoveare, ut legum poenas pertimescas, ut temporibus rei publicae concedas, non est postulandum. Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore revocarit.

Quamobrem, ut saepe iam dixi, proficiscere: ac, si mihi inimico, ut praedicas, tuo conflare vis invidiam: recta perge in exilium: vix feram sermones hominum, si id feceris; vix molem istius invidiae, si in exilium ieris iussu consulis, sustinebo. Sin autem servire meae laudi, et gloriae mavis, egredere cum importuna scelaratorum manu: confer te ad Mallium: concita perditos cives: secerne te a bonis: infer patriae bellum: exulta impio latrocinio; ut a me non eiectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris.

Quamquam quid ego te invitem, a quo iam sciam esse praemissos, qui tibi ad Forum Aurelium praestolarentur armati? sciam pactam et constitutam esse

cum Mallio diem? a quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam esse confido, et funestam futuram, cui domi tuae sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse praemissam? Tu ut illa diutius carere possis, quam venerari ad caedem proficiscens solebas? a cuius altaribus saepe istam dexteram impiam ad necem civium transtulisti?

Ibis tandem aliquando, quo te iampridem tua ista cupiditas effraenata, ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi haec res affert dolorem, sed quamdam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Numquam tu non modo otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium, concupisti. Nactus es ex perditis, atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis, conflatam improborum manum.

Hic tu qua laetitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam neque videbis? Ad huius vitae studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui: iacere humi non modo ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum: vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis otiosorum. Habes ubi ostentes illam praeclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium: quibus te brevi tempore confectum esse senties. Tantum profeci tum, cum te a consulatu repuli, ut exul potius tentare, quam consul vexare rem publicam posses: atque ut id, quod esset a te scelerate susceptum latrocinium potius, quam bellum, nominaretur.

Nunc, ut a me, Patres conscripti, quandam prope

iustam patriae querimoniam detester ac deprecer; percipite, quaeso, diligenter, quae dicam et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. Etenim, si mecum patria, quae mihi vita mea multo est carior, si cuncta Italia, si omnis res publica loquatur: M. Tulli, ¿quid agis? ¿tune eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem expectari imperatorem in castris hostium sentis auctorem sceleris, principem coniurationis, evocatorem servorum, et civium perditorum, exire patieris, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur? ¿Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, nod summo supplicio mactari imperabis? ¿Quid tandem impedit te? ¿mosne maiorum? at persaepe etiam privati in hac re publica perniciosos cives morte multarunt. ¿An leges, quae de civium Romanorum supplicio rogatae sunt? at numquam in hac urbe ii, qui a republica defecerunt, civium iura tenuerunt. ¿An invidiam posteritatis times? praeclaram vero populo Romano refers gratiam, qui te, hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam mature ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter invidiam aut alicuius periculi metum, salutem civium tuorum neglegis. Sed, si quis est invidiae metus, ¿num est vehementius severitatis, ac fortitudinis invidia, quam inertiae ac nequitiae pertimescenda? ¿An cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas invidiae incendio conflagraturum?

His ego sanctissimis rei publicae vocibus, et eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus, pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factu iudicarem, Patres conscripti, Catilinam morte multari, unius

usuram horae gladiatori isti ad vivendum non dedissem. Etenim, si summi viri, et clarissimi cives, Saturnini, et Gracchorum, et Flacci et superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt: certe verendum mihi non erat ne quid, hoc parricida civium interfecto, invidiae mihi in posteritatem redundaret. Quod si ea mihi maxime impenderet; tamen hoc animo semper fui, ut invidiam virtute partam, gloriam, non invidiam putarem.

Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, quae imminent, non videant; aut ea, quae vident, dissimulent: qui spem Catilinae mo llibus sententiis aluerunt, coniurationemque nascentem non credendo corroboraverunt. Quorum auctoritatem secuti multi, non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem crudeliter, et regie factum esse dicerent. Nunc intellego, si iste quo intendit, in Mallliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat coniurationem esse factam: neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto, intellego hanc rei publicae pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quod si se eiecerit, secumque suos eduxerit, et eodem ceteros undique collectos naufragos aggregaverit, extinguetur atque delebitur non modo haec tam adulta rei publicae pestis, verum etiam stirpis, ac semen malorum omnium.

Etenim iandiu, Patres conscripti, in his periculis coniurationis, insidiisque versamur: sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris, et audaciae maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quod si ex tanto latrocinio iste unus tolletur; videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura, et metu esse relevati: periculum autem residebit, et erit inclu-

sum penitus in venis, atque in visceribus rei publicae. Ut saepe homines aegri morbo gravi, cum aestu, febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevari videntur; deinde multo gravius, vehementiusque afflictantur: sic hic morbus, qui est in re publica, relevatus istius poena, vehementius, vivis reliquis, ingravescet.

Quare, Patres conscripti, secedant improbi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur; muro denique, id quod saepe iam dixi, secernantur a nobis: desinant insidiari domi suae consuli, circumstare tribunal praetoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos, et faces ad inflammandam urbem comparare. Sit denique inscriptum in fronte uniuscuiusque civis, quid de re publica sentiat. Polliceor hoc vobis, Patres conscripti, tantam in vobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem tantam in omnibus bonis consensionem, ut Catilinae profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis.

Hisce omnibus, Catilina, cum summa rei publicae salute et cum tua peste, ac pernicie, cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere parricidioque iunxerunt, proficiscere ad impium bellum, ac nefarium. Tum tu, Iupiter, qui iisdem, quibus haec urbs, auspiciis a Romulo es constitutus; quem Statorem huius urbis, atque imperii vere nominamus; hunc, et huius socios a tuis aris, ceterisque templis, a tectis urbis ac moenibus, a vita fortunisque civium omnium arcebis: et omnes inimicos bonorum, hostes patriae, latrones Italiae, scelerum foedere inter se, ac nefaria societate coniunctos, aeternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.

ORACIÓN II DE CICERÓN CONTRA L. CATILINA

Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam, furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molientem, vobis, atque huic urbi ferrum, flammamque minitantem, ex urbe vel eiecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem urbe prosecuti sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit. Nulla iam pernicies a monstro illo, atque prodigio moenibus ipsis intra moenia comparabitur. Atque hunc quidem unum huius belli domestíci ducem sine controversia vicimus. Non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur: non in campo, non in foro, non in curia, non denique intra domesticos parietes pertimescemus. Loco ille motus est, cum est ex urbe depulsus. Palam iam cum hoste, nullo impediente, bellum iustum geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnificeque vicimus, cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. Quod vero non cruentum mucronem, ut voluit, extulit; quod, vivis nobis, egressus est; quod ei ferrum de manibus extorsimus; quod incolumes cives, quod stantem urbem reliquit: ¿quanto tandem illum moerore afflictum esse, et profligatum putatis? Iacet ille nunc prostratus, Quirites, et se perculsum, atque abiectum esse sentit, et retorquet oculos profecto saepe ad hanc urbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget. Quae quidem laetari mihi videtur, quod tantam pestem evomuerit, forasque proiecerit.

At, si quis est talis, quales esse omnes oportebat,

qui in hoc ipso, in quo exultat, et triumphat oratio mea, me vehementer accuset, quod tam capitalem hostem non comprehenderim potius, quam emiserim: non est ista mea culpa, Quirites, sed temporum. Interemptum esse L. Catilinam, et gravissimo supplicio affectum, iampridem oportebat: idque a me, et mos maiorum, et huius imperii severitas, et res publica postulabat. Sed, ¿quam multos fuisse putatis, qui, quae ego deferrem, non crederent? ¿quam multos, qui propter stultitiam non putarent? ¿quam multos, qui etiam defenderent? ¿quam multos, qui propter improbitatem faverent? At si, sublato illo, depelli a vobis omne periculum iudicarem, iampridem ego L. Catilinam non modo invidiae meae, verum etiam vitae periculo sustulissem. Sed, cum viderem, ne vobis quidem omnibus, re etiam tum probata, si illum, ut erat meritus, morte multassem, fore ut eius socios invidia oppressus persequi non possem: rem huc deduxi, ut tum palam pugnare possetis, cum hostem aperte videretis.

Quem quidem ego hostem, Quirites, quam vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intellegatis, quod illud etiam moleste fero, quod ex urbe parum comitatus exierit. ¡Utinam ille omnes secum suas copias eduxisset! Tongillum mihi eduxit, quem amare in praetexta coeperat: Publicium, et Munatium, quorum aes alienum contractum in popina nullum rei publicae motum afferre poterat. ¿Reliquit quos viros? ¿quanto alieno aere, quam valentes, quam nobiles?

Itaque ego illum exercitum prae Gallicanis legionibus, et hoc delectu, quem in agro Piceno, et Gallico, Q. Metellus hubuit, et his copiis, quae a nobis quotidie comparantur, magnopere contemno; collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis de-

coctoribus; ex his, qui vadimonia deserere, quam illum exercitum, maluerunt: quibus ego non modo si aciem exercitus nostri, verum etiam si edictum praetoris ostendero, concident. Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in senatum venire, qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, mallem secum suos milites eduxisset: qui si hic permanent, mementote non tam exercitum illum esse nobis, quam hos, qui exercitum deseruerunt, pertimescendos.

Atque hoc etiam sunt timendi magis, quod, quid cogitent, me scire sentiunt: neque tamen permoventur. Video, cui Apulia sit attributa, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum, qui sibi has urbanas insidias caedis atque incendiorum depoposcerit. Omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt: patefeci in senatu hesterno die: Catilina ipse pertimuit, profugit: hi ¿quid expectant? nae illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram.

Quod expectavi, iam sum assecutus, ut vos omnes factam esse aperte coniurationem contra rem publicam videretis; nisi vero si quis est, qui Catilinae similes cum Catilina sentire non putet. Non est iam lenitati locus: severitatem res ipsa flagitat. Unum etiam nunc concedam: exeant, proficiscantur, ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere. Demonstrabo iter; Aurelia via profectus est. Si accelerare volent, ad vesperam consequentur. ¡O fortunatam rem publicam, siquidem hanc sentinam huius urbis eiecerit! Uno me hercule Catilina exhausto, relevata mihi et recreata res publica videtur. ¿Quid enim mali, aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit? ¿Quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis

sicarius, quis parricida, quis testamentorum subiector, quis circumscriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quae mulier infamis, quis corruptor iuventutis, quis corruptus, quis perditus inveniri potest, qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur? ¿Quae caedes per hosce annos sine illo facta est? ¿quod nefarium stuprum non per illum? Iam vero ¿quae tanta in ullo umquam homine iuventutis illecebra fuit, quanta in illo; qui alios ipse amabat turpissime, aliorum amori flagitiossime serviebat: aliis fructum libidinum, aliis mortem parentum, non modo impellendo, verum etiam adiuvando, pollicebatur? Nunc vero ¿quam subito non solum ex urbe, verum etiam ex agris ingentem numerum perditorum hominum collegerat? Nemo, non modo Romae, sed nec ullo in angulo totius Italiae oppressus aere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris foedus adsciverit.

Atque, ut eius diversa studia in dissimili ratione perspicere possitis, nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinae esse fateatur: nemo in scena levior, et nequior, qui se non eiusdem prope sodalem fuisse commemoret. Atque idem tamen stuprorum et scelerum exercitatione assuefactus frigori, et fami, et siti, ac vigiliis perferendis, fortis ab istis praedicabatur, cum industriae subsidia, atque instrumenta virtutis, in libidine, audaciaque consumeret.

Hunc vero si sui fuerint comites secuti, si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges, ¡o nos beatos, o rem publicam fortunatam! ¡o praeclaram laudem consulatus mei! Non enim iam sunt mediocres hominum libidines, non humanae audaciae, ac tolerandae: nihil cogitant, nisi caedes, nisi incendia, nisi

rapinas: patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt; res eos iampridem, fides deficere nuper coepit: eadem tamen illa, quae erat in abundantia, libido permanet. Quod si in vino et alea comessationes solum, et scorta quaererent, essent illi quidem desperandi; sed tamen essent ferendi. Hoc vero ¿quis ferre possit, inertes homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebrios sobriis, dormientes vigilantibus? ¿qui mihi accubantes in conviviis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, unguentis obliti, debilitati stupris, eructant sermonibus suis caedem bonorum, atque urbis incendia? Quibus ego confido impendere fatum aliquod, et poenas iam diu improbitati, nequitiae, sceleri, libidini debitas, aut instare iam plane, aut certe iam appropinquare. Quos si meus consulatus, quoniam sanare non potest, sustulerit; non breve nescio quod tempus, sed multa saecula propagarit rei publicae. Nulla est enim natio, quam pertimescamus; nullus rex, qui bellum populo Romano facere possit. Omnia sunt externa unius virtute terra marique pacata. Domesticum bellum manet: intus insidiae sunt: intus inclusum periculum est: intus est hostis. Cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere, decertandum est. Huic ego me bello ducem profiteor, Quirites: suscipio inimicitias hominum perditorum. Quae sanari poterunt, quacumque ratione sanabo. Quae resecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manere. Proinde aut exeant, aut quiescant: aut, si et in urbe, et in eadem mente permanent, ea, quae merentur, expectent.

At etiam sunt, Quirites, qui dicant, a me in exilium eiectum esse Catilinam. Quod ego si verbo assequi

possem, istos ipsos eicerem, qui haec loquuntur. Homo enim videlicet timidus, et permodestus, vocem consulis ferre non potuit: simul atque ire in exilium iussus est, paruit, ivit.

Hesterno die, cum domi meae pene interfectus essem, senatum in aedem Iovis Statoris convocavi: rem omnem ad Patres conscriptos detuli. Quo cum Catilina venisset, ¿quis eum senator appellavit? ¿quis salutavit? ¿quis denique ita aspexit ut perditum civem, ac non potius ut importunissimum hostem? Quin etiam principes eius ordinis partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam atque inanem reliquerunt. Hic ego vehemens ille consul, qui verbo cives in exilium eicio, quaesivi a Catilina, ¿an nocturno conventu apud M. Lecam fuisset, necne? Cum ille homo audacissimus, conscientia convictus, primo reticuisset; patefeci cetera. Quid ea nocte egisset, ubi fuisset, quid in proximam constituisset, quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, edocui. Cum haesitaret, cum teneretur, quaesivi, ¿quid dubitaret eo proficisci, quo iampridem pararat: cum arma, cum secures, cum fasces, cum tubas, cum signa militaria, cum aquilam illam argenteam, cui ille etiam sacrarium scelerum domi suae fecerat, scirem esse praemissam? ¿In exilium eiciebam, quem iam ingressum esse in bellum videbam? Etenim, credo, Mallius iste centurio, qui in agro Fesulano castra posuit, bellum populo Romano suo nomine indixit, et illa castra nunc non Catilinam ducem expectant, et ille eiectus in exilium, se Massiliam, ut aiunt, non in haec castra conferet.

O condicionem miseram, non modo administrandae, verum etiam conservandae rei publicae! Nunc, si L. Catilina consiliis, laboribus, periculis meis circum-

clusus ac debilitatus, subito pertimuerit, sententiam mutaverit, deseruerit suos, consilium belli faciendi abiecerit, ex hoc cursu sceleris, et belli, iter ad fugam, atque in exilium converterit, non ille a me spoliatus armis audaciae, non obstupefactus ac perterritus mea diligentia, non de spe conatuque depulsus, sed indemnatus, innocens, in exilium eiectus a consule vi et minis esse dicetur: et erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum: me non diligentissimum consulem sed crudelissimum tyrannum existimari velint. Est mihi tanti, Quirites, huius invidiae falsae atque iniquae tempestatem subire, dummodo a vobis huius horribilis belli ac nefarii periculum depellatur. Dicatur sane eiectus esse a me, dummodo eat in exilium. Sed mihi credite, non est iturus. Numquam ego a diis immortalibus optabo, Quirites, invidiae meae levandae causa, ut L. Catilinam ducere exercitum hostium, atque in armis volitare audiatis: sed triduo tamen audietis, multoque magis illud timeo, ne mihi sit invidiosum aliquando, quod illum emiserim potius, quam quod eiecerim. Sed, cum sint homines, qui illum, cum profectus sit, eiectum esse dicant, iidem, si interfectus esset, ¿quid dicerent?

Quamquam isti, qui Catilinam Massiliam ire dictitant, non tam hoc queruntur, quam verentur. Nemo est istorum tam misericors, qui illum non ad Mallium, quam ad Massilienses ire malit. Ille autem, si me hercule hoc, quod agit, numquam ante cogitasset, tamen latrocinantem se interfici mallet, quam exulem vivere. Nunc vero, cum ei nihil adhuc praeter ipsius voluntatem cogitationemque acciderit, nisi quod, vivis nobis, Roma profectus est: optemus potius, ut eat in exilium, quam queramur.

Sed, ¿cur tandem de uno hoste loquimur, et de eo hoste, qui iam fatetur se esse hostem, et quem, quia, quod semper volui, murus interest, non timeo; de his, qui dissimulant, qui Romae remanent, qui nobiscum sunt, nihil dicimus? Quos quidem ego, si ullo modo fieri posset, non tam ulcisci studeo, quam sanare, et ipsos placare rei publicae. Neque, id quare fieri non possit, si me audire volent, intellego. Exponam enim vobis, Quirites, ex quibus generibus hominum istae copiae comparentur: deinde singulis medicinam consilii atque orationis meae, si quam potero, afferam.

Unum est eorum, qui magno in aere alieno maiores etiam possessiones habent, quarum amore adducti dissolvi nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima, sunt enim locupletes; voluntas vero, et causa impudentissima. Tu agris, tu aedificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus, et copiosus sis: ¿et dubites de possessione detrahere, acquirere ad fidem ¿Quid enim expectas? ¿Bellum? ¿quid? ¿Ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? ¿An tabulas novas? errant, qui istas a Catilina expectant: meo beneficio tabulae novae proferentur, verum auctionariae. Neque enim isti, qui possessiones habent, alia ratione ulla salvi esse possunt. Quod si maturius facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certare usuris cum fructibus praediorum, et locupletioribus his, et melioribus civibus uteremur. Sed hosce homines minime puto pertimescendos, quod aut deduci de sententia possunt, aut, si permanebunt, magis mihi videntur vota facturi contra rem publicam, quam arma laturi.

Alterum genus est eorum, qui, quamquam premuntur aere alieno, dominationem tamen expectant:

rerum potiri volunt: honores, quos, quieta re publica, desperant, perturbata, se consequi posse arbitrantur. Quibus hoc praecipiendum videtur, unum scilicet, et idem, quod ceteris omnibus, ut desperent, se id, quod conantur, consequi posse. Primum omnium, me ipsum vigilare, adesse, providere rei publicae; deinde, magnos animos esse in bonis viris, magnam concordiam, maximam multitudinem, magnas praeterea militum copias: deos denique immortales huic invicto populo, clarissimo imperio, pulcherrimae urbi, contra tantam vim sceleris praesentes auxilium esse laturos. Quod si iam sint id, quod cum summo furore cupiunt, adepti: ¿num illi in cinere urbis, et sanguine civium, quae mente conscelerata ac nefaria concupierunt, se consules, ac dictatores, aut etiam reges sperant futuros? ¿non vident, id se cupere, quod si adepti fuerint, fugitivo alicui, aut gladiatori concedi sit necesse?

Tertium genus est aetate iam affectum, sed tamen exercitatione robustum: quo ex genere ipse Mallius, cui nunc Catilina succedit. Hi sunt homines ex iis coloniis, quas Fesulis Sylla constituit: quas ego universas civium esse optimorum, et fortissimorum virorum sentio: sed tamen hi sunt coloni, qui se insperatis repentinisque pecuniis sumptuosius insolentiusque iactarunt. Hi dum aedificant, tamquam beati, dum praediis, lecticis, familiis magnis, conviviis apparatis delectantur, in tantum aes alienum inciderunt, ut, si salvi esse velint, Sylla sit iis ab inferis excitandus. Qui etiam nonnullos agrestes homines tenues atque egentes, in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt. Quos ego utrosque, Quirites, in eodem genere praedatorum, direptorumque pono. Sed eos hoc moneo, desinant furere, ac proscriptiones et dictaturas cogitare. Tantus enim

illorum temporum dolor inustus est civitati, ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passurae esse videantur.

Quartum genus est sane varium, et mixtum, et turbulentum, qui iampridem premuntur, qui numquam emergent: qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam sumptibus, in vetere aere alieno vacillant: qui vadimoniis, iudiciis, proscriptionibus bonorum defatigati permulti ex urbe, ex et agris se in illa castra conferre dicuntur. Hosce ego non tam milites acres, quam inficiatores lentos esse arbitror. Qui homines primum, si stare non possunt, corruant: sed ita, ut non modo civitas, sed ne vicini quidem proximi sentiant. Nam illud non intellego, quamobrem, si vivere honeste non possunt, perire turpiter velint, aut cur, minore dolore perituros se cum multis, quam, si soli pereant, arbitrentur.

Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum: quos ego a Catilina non revoco. Nam neque divelli ab eo possunt, et pereant sane in latrocinio, quoniam sunt ita multi, ut eos capere carcer non possit.

Postremum autem genus est non solum numero, verum etiam genere ipso atque vita, quod proprium est Catilinae, de eius delectu, immo vero de complexu eius, ac sinu, quos pexo capillo, nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos, videtis, manicatis, et talaribus tunicis, velis amictos, non togis, quorum omnis industria vitae, et vigilandi labor in antelucanis cenis expromitur. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. Hi pueri tam lepidi ac delicati, non solum amare, et amari, neque cantare, et saltare, sed etiam sicas vibrare,

et spargere venena, didicerunt: qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiam si Catilina perierit, scitote hoc in re publica seminarium Catilinarium futurum. Verumtamen ¿quid sibi isti miseri volunt? ¿num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? ¿quemadmodum autem illis carere poterunt, his praesertim iam noctibus? ¿quo autem pacto illi Apenninum, atque illas pruinas ac nives perferent? nisi idcirco se facilius hiemem toleraturos putant, quod nudi in conviviis saltare didicerunt. ¡O bellum magnopere pertimescendum, cum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem praetoriam!

Instruite nunc, Quirites, contra has tam praeclaras Catilinae copias vestra praesidia, vestrosque exercitus, et primum gladiatori illi confecto et saucio consules, imperatoresque vestros opponite: deinde contra illam naufragorum eiectam, ac debilitatam manum, florem totius Italiae ac robur educite. Iam vero urbes coloniarum, ac municipiorum respondebunt Catilinae tumulis silvestribus. Neque vero ceteras copias, ornamenta, praesidia vestra, cum illius latronis inopia, atque egestate conferre debeo. Sed, si, omissis his rebus omnibus, quibus nos suppeditamus, eget ille, senatu, equitibus Romanis, populo, urbe, aerario, vectigalibus, cuncta Italia, provinciis omnibus, exteris nationibus, si, inquam, his rebus omissis, ipsas causas, quae inter se confligunt, contendere velimus; ex eo ipso, quam valde illi iaceant, intellegere possumus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus: hinc constantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitudo: hinc continentia, illinc libido: denique aequitas, temperantia, fortitudo, pruden-

tia, virtutes omnes, certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus: postremo copiae cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit. In huiusmodi certamine, ac praelio, ¿nonne, etiam si hominum studia deficiant, dii ipsi immortales cogent ab his praeclarissimis virtutibus, et tanta vitia superari?

Quae cum ita sint, Quirites, vos, quemadmodum iam antea dixi, vestra tecta custodiis, vigiliisque defendite: mihi, ut urbi sine vestro motu, ac sine ullo tumultu, satis esset praesidii, consultum, ac provisum est. Coloni omnes, municipesque vestri, certiores a me facti de hac excursione Catilinae, facile urbes suas, finesque defendent; gladiatores, quam sibi ille maximam manum, et certissimam, fore putavit, quamquam meliore animo sunt, quam pars patriciorum, potestate tamen nostra continebuntur. Q. Metellus quem ego prospiciens hoc in agrum Gallicanum, Picenumque praemisi, aut opprimet hominem, aut omnes eius motus, conatusque prohibebit. Reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis, iam ad senatum referemus, quem vocari videtis.

Nunc illos, qui in urbe remanserunt, atque adeo qui contra urbis salutem, omniumque vestrum, in urbe a Catilina relicti sunt, quamquam sunt hostes, tamen, quia nati sunt cives, monitos etiam atque etiam volo. Mea lenitas adhuc, si cui solutior visa est, hoc expectavit, ut id, quod latebat, erumperet. Quod reliquum est, iam non possum oblivisci, meam hanc esse patriam, me horum esse consulem: mihi aut cum his vivendum, aut pro his esse moriendum. Nullus est portae custos, nullus insidiator viae; si qui exire volunt,

consulere sibi possunt. Qui vero in urbe se commoverit, cuius ego non modo factum, sed inceptum ullum, conatumve contra patriam deprehendero, sentiet in hac urbe esse consules vigilantes, esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem, quem vindicem nefariorum, ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt.

Atque haec omnia sic agentur, Quirites, ut res maximae minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum, ac domesticum post hominum memoriam crudelissimum, ac maximum, me uno togato duce, et imperatore, sedetur. Quod ego sic administrabo, Quirites, ut, si ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac urbe poenam sui sceleris sufferat. Sed, si vis manifestae audaciae, si impendens patriae periculum, me necessario de hac animi lenitate deduxerit; illud profecto perficiam, quod in tanto, et tam insidioso bello vix optandum videtur, ut ne quis bonus intereat, paucorumque poena vos iam omnes salvi esse possitis.

Quae quidem ego neque mea prudentia, neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites, sed multis, et non dubiis deorum immortalium significationibus, quibus ego ducibus in hanc spem, sententiamque sum ingressus: qui iam non procul, ut quondam solebant, ab extero hoste, atque longinquo, sed hic praesentes suo numine, atque auxilio sua templa, atque urbis tecta defendunt: quos vos, Quirites, precari, venerari, atque implorare debetis, ut, quam urbem pulcherrimam, florentissimamque esse voluerunt, hanc, omnibus hostium copiis terrâ, marique superatis, a perditissimorum civium nefario scelere defendant.

Diríjanse los pedidos al autor, en Palencia.

NUEVO METODO

TEÓRICO-PRÁCTICO PARA APRENDER

LA LENGUA LATINA

POR


D. JULIO CEJADOR Y FRAUCA

SEGUNDO CURSO

Libro de casa



PALENCIA.—1908.
Imp. y lib. de Gutiérrez, Líter y Herrero,
Cestilla, 6.



NUEVO METODO

TEÓRICO-PRÁCTICO PARA APRENDER

LA LENGUA LATINA

POR

D. JULIO CEJADOR Y FRAUCA

SEGUNDO CURSO

Libro de casa



PALENCIA.—1908.
Imp. y lib. de Gutiérrez, Liter y Herrero,
Cestilla, 6.

SINTAXIS

HISTORIA DE LA CONJURACIÓN DE CATILINA

POR C. CRISPO SALUSTIO.

Todos los hombres que á los animales deseen aventajarse, han de procurar con sumo cuidado que no se les pase en silencio la vida como á los irracionales, que crió la naturaleza inclinados y sujetos al apetito; pero todas nuestras fuerzas consisten en el ánimo y en el cuerpo; de este usamos para servir, y de aquel para mandar; y asi, pues en una cosa nos parecemos á los Dioses, y en otra á las fieras, tengo por más conveniente buscar la gloria con ingenio, que con fuerza, perpetuando lo más que pudiéremos nuestra memoria, ya que es tan corta la vida de que gozamos, y se pierde tan facilmente la fama de las riquezas y hermosura, donde siempre queda ilustre y celebrada la virtud. Mucho ha que disputan los mortales sobre si las cosas de la guerra se encaminan mejor con las fuerzas del cuerpo, ó con las del ánimo; siendo necesario que el consejo preceda á la empresa, y después

le perfeccione la pronta ejecución; de modo que como falta algo á cada una de estas dos cosas, es menester que ellas entre sí se ayuden.

* * *

Omnis, acus. pl. ant. por omnes.

Se-se, más fuerte que se, acus. del reflexivo su-i, si-bi, se.

Silenti-um, -i, silencio, sile-re callar, sile-ns que calla.

Trans-ire, pasar.

Pec-us, -or-is, bestia, neutro.

Pro-n-us, a, -um, que se inclina adelante ó pro.

Ven-ter, -tri, vientre.

Fing-ĕre, fraguar, fingir.

Bellu-a, -ae, fiera.

Maxume, ant. por maxime, superl. de magnus.

Divit-iae, -iarum riquezas, div-es, -it-is rico.

Flux-us, -a, -um, flu-ere.

Frag-il-is, -e, fra-n-g-ere quebrar, freg-i, frac-tum.

Aetern-us, -a, -um, por aevi-ternus, de aev-um, -i, la edad, ó ae-tas por aevi-tas.

Certa-men, certa-re pelear, de cert-us cierto, decidido, cer-n-ere cribar, discernir.

In-cip-ere, empezar, cap-ere coger.

Con-sul-tum, -i, consejo, con-sul-ere aconsejar.

Fac-tum, -i, hecho, fac-ere.

Ind-ig-ĕre, necesitar, indu- en, eg-ere necesitar.

Alter, -ter-a, -um, uno de los dos.

2

Y así al principio los Reyes (que este fue el primer nombre de los que tuvieron Imperio en la tierra) ejercitaron diversamente algunos el cuerpo, y otros el ingenio, mientras vivían sin codicia los hombres, contentándose cada cual con lo que poseía; mas después que Cyro en Asia, y en Grecia los Lacedemonios y Atenienses comenzaron á usurpar las Ciudades, y sujetar los pueblos, dando el deseo de mandar ocasión para la guerra á los que ponían su mayor gloria en el mayor Imperio, entonces mostraron los efectos y la experiencia, que era la industria la que mas podía en la guerra; que si en la paz abrazasen la misma virtud los Reyes y Capitanes, habría mayor seguridad y firmeza en las cosas de los mortales, y no se mudarían ni trastornarían tan presto como ahóra las vemos confundir; porque el Imperio, se conserva facilmente por aquellos mismos medios con que al principio se alcanzó; pero cuando la pereza ocupó los ánimos que solían ser dados al trabajo, y en lugar de la modestia y templanza entraron los desórdenes y la soberbia, se trocó luego con las costumbres la fortuna, y fué transfiriéndose siempre el Imperio de aquel que era el mejor al que no era tan bueno. A la virtud obedecen todas las cosas que cultivan, navegan y fabrican los hombres; pero muchos de ellos rindiéndose á la gula y al sueño, sin saber y sin honra consumieron la vida, como los que andan peregrinando; y pues contra el orden de la naturaleza usaron del cuerpo para sus deleites, y el alma les sirvió de peso, entiendo que la vida de estos no se diferenció de la muerte, pues no

dejaron más memoria de la una que de la otra; y en realidad de verdad solo juzgo que vive y goza de su alma aquel que atendiendo á algun negocio pretende ganar fama con cualquier buen arte ó hecho señalado.

***

Na-tio, -on-is, nación, de na-sci na-tus nacer.

Súb-igere, sujetar, sub y agere.

Lubido ó libido, lib-et agrada.

Domin-are, dominar, dom-in-us señor, dom-us casa.

Com-per-io, hallar, par-i-o parir, procurar.

Pax pac-is, paz, pa-n-go, pe-pig-i, pac-tum apegar, pactar.

Aequa-bil-is, -e, igual, aequ-us, idem.

Con-sta-ns, constante, sta-re.

Miscēre, mezclar.

Cer-n-ere, cerner, distinguir, ver.

Part-us, -a, -um, par-io pe-per-i procurar, parir.

De-sid-ia, de-sid-eo estar sentado ociando, sed-ere estar sentado, sed-es, -is asiento, sede.

In-vad-ere, in-vas-i, -um, invadir, vad-ere ir.

Mutare, im-mutare, de *movita-re poner en movimiento, mudar, de mov-ere, -i, motum por *movi-tum.

Par-ēre, obedecer y parecer, de comparecer, -ui, -itum, ap-parere aparecer, com-parere comparecer.

De-dit-us, -a, -um, dado, de-do de-dere entregar, do dare dar.

Facin-us, -or-is, hecho, facineroso.

3

Pero en una tan grande abundancia de cosas muestra la naturaleza á cada uno su camino diferente. Muy gran honra es ser de provecho á la República; y no merece poco loor el que es elocuente; y asi en la paz como en la guerra puede cualquiera ennoblecerse; y son celebrados muchos que lo hicieron, ó que escribieron las hazañas de otros.

Yo, bien que no se estime tanto al escritor de las cosas como al autor de ellas, con todo eso tengo por muy dificultoso referir los hechos ajenos, asi por la obligación que hay de que se les corresponda en las palabras, como porque cuando se reprenden los vicios lo atribuyen algunos á envidia ú odio; y finalmente si se hace mención de alguna virtud insigne, ó de la gloria de los buenos, admite bien cualquiera lo que le parece facil de ejecutar; mas si algo excede á sus fuerzas, como si fuera fingido, asi lo tiene por falso.

Siendo yo aun mozo me sacaron al principio de los estudios, como á otros muchos, para emplearme en servicio de la República, donde me fueron contrarias muchas cosas; porque las negociaciones, la avaricia y el atrevimiento habían desterrado á la vergüenza, á la moderación y virtud; y aunque mi ánimo acostumbrado á maldades aborrecía éstas, todavía mi mocedad entre tantos vicios se dejaba inducir de la ambición; y si bien no seguía las malas costumbres de los otros, me atormentaban, como á ellos, el deseo de gloria y la envidia.

***

Ab-surd-us, -a, -um, absurdo, de surdus sordo.
Ardu-us, -a, um, arduo.
Ex-aequ-are, igualar, aequ-are, aequ-us igual.
De-hinc, ademas, de aqui.
Re-prehendere, reprender, pre-hendere prender, coger, por prae-hendere.
Male-vol-entia, male-vol-us, velle.
Mem-or, -or-is, que se acuerda.
Fic-tus, -a, -um, fingido, fingere.
Ad-vers-us, -a, -um, adverso, opuesto, vertere.
Cor-rup-tus, -a, -um, cor-rumpere corromper, rump-ere romper.

4

Y asi luego que me vi libre de muchas miserias y peligros, determiné de no gastar lo que me quedase de vida en cosas de la República, ni tampoco entregar el tiempo precioso en manos del vil y descuidado ocio, ni menos ocuparle en oficios serviles, labrando la tierra y cazando; pero volviéndole á dar á mis estudios, de que me había apartado la ambición vana, me resolví á escribir los sucesos del Pueblo Romano, aunque no consecutivamente, sino aquellos que me parecieron más diguos de memoria; moviéndome aun más á hacerlo, porque no me turbaban el ánimo la esperanza, ni el miedo, ni las parcialidades de la República; y asi referiré con la mayor puntualidad y brevedad posible la conjuración de Catilina, que es

á mi parecer una de las más memorables hazañas por la grandeza del peligro y de la maldad; mas primero será bien declarar algo de las costumbres de este hombre.

***

Re-quie-scere, sosegarse, quie-scere, quie-s quiet-is.

So-cord-ia, cobardía de socors sin corazón, cobarde, por se-cors, cors cordis corazón.

Con-terere, gastar, terere desmenuzar.

Venari, cazar, venado ó caza mayor.

Serv-il-is, -e, servil, serv-us siervo.

In-tendere, tendere.

In-cip-ere, empezar, cap-ere.

Re-gredi, gradi, grad-us paso.

Carp-tim, á pedazos, carp-ere despedazar, coger.

Con-iuratio, conjuración, iur-are jurar, ius iur-is derecho.

Ab-solv-ere, llevar al cabo, solv-ere soltar.

Novi-tas, novedad, nov-us nuevo.

Ex-plan-are, explanar, planus llano.

Narrare, narrar, por *gnargare, gnar-us, -a, -um, que conoce *gna ó gno-scere conocer.

5

Lucio Catilina fué de noble linage, y persona de grande ánimo y fuerzas, pero de mala y perversa inclinación; porque desde sus primeros años la tuvo á las guerras civiles, á muertes, robos y discordias entre

los suyos, y en esto empleó su mocedad; vencía el hambre, el frío y el sueño con una facilidad increible; era atrevido, falso é inconstante, fingido y disimulador, codicioso de cosas agenas, y pródigo de las propias, desordenado en sus deseos, harto elocuente, aunque no muy sabio; y como tenía un corázón insaciable, asi apetecía siempre cosas múy altas, inmoderadas é imposibles. Despues del gobierno de Sila deseó bravamente apoderarse de la República, no reparando en ningún medio para alcanzar su intento, como le alcanzase. Veíase cada día más estimulado su ánimo feróz de la necesidad y del conocimiento de sus maldades; que entrambas estas cosas había acrecentado con las que ya he dicho. Incitábanle asi mismo los vicios de Roma, á la cual afligían los dos mayores males y más diferentes entre sí, que son la avaricia y la lujuria.

Parece que la materia misma requiere, ya que este tiempo nos hace acordar de las costumbres de una Ciudad corrompida, que comience nuestro discurso de algo más atrás, con una relación breve de las órdenes que guardaban nuestros mayores en su patria y en la milicia; del modo con que gobernaron la República, y del estado en que la dejaron; y cómo trocándose poco á poco, vino á ser la peor y más estragada con vicios la que solía ser la mejor y más adornada con virtudes.

***

In-tes-tinus, in-tus, in, -tinus como en matu-tinus, vesper-tinus.

Caed-es, asesinato, caed-ere cortar, matar.

Rap-ina, rapiña, de rap-ere, como ru-ina de ru-ere derrumbarse.

In-ed-ia, ayuno, ed-ere comer.

Alg-or, frio helado, alg-ere estar helado.

Vigil-ia, vig-il, -il-is despierto, vigilante.

Sub-dol-us, dol-us dolo.

Sim-ul-are, simular, sim-ul juntamente, sim-il-is semejante, sim-plex simple, unido.

Ap-pet-ere, apetecer, pet-ere pedir.

Pro-fund-ere, profusus, derramar.

E-loqu-ent-ia, e-loqu-i, loqu-i hablar.

In-vad-ere, invadir, vad-ere ir, e-vadere evadir.

Capi-undus, ant. -undus por -endus.

Parare, disponer, pre-parar.

Pens-um, tarea, pago, pendere pesar, pagar.

Ag-itare, agitar, ag-ere.

Aux-erat, aux-i aug-ere aumentar.

Memor-are, recordar, memor que se acuerda.

Pessum-us, pésimo, superl.

Horta-ri y ex-hortari exhortar.

Paula-tim, poco á poco, paulum poco, pau-c-i, -ae, -a pocos.

Flagiti-um, crimen.

6

La Ciudad de Roma, según yo he entendido, fué fundada y habitada al principio por los Troyanos, que con su Capitán, Eneas, andaban fugitivos y vagamundos, sin tener asiento en parte alguna; con ellos se agregaron los Aborigenes, gente rústica, disoluta y libre, sin leyes y sin gobierno; y aunque eran de

diferentes naciones y lenguas, es cosa increible cuán facilmente se conformaron, habiéndose juntado en una Ciudad. Mas despues que ésta con sus costumbres creció en gente y territorio, y pareció ya harto próspera y poderosa (como es cosa ordinaria en las humanas) nació de sus grandezas la envidia; y así los Reyes y pueblos comarcanos comenzaron á mover la guerra, favoreciéndola pocos de los que solían ser sus amigos; porque los demás con el temor se habían apartado del peligro; pero los Romanos atentos á las cosas de su Ciudad y de la guerra, no se descuidaban, antes apercibiéndose y exhortándose los unos á los otros, salían á encontrar á sus enemigos, defendiendo con las armas la libertad, su patria y sus padres; y cuando habían con su valor vencido los peligros, enviaban socorro á sus confederados y amigos ganando más amistades con dar que con recibir beneficios; fundaban su gobierno en la justicia, y daban al que los gobernaba el nombre de Rey. Escogían para su consejo los que tenían el cuerpo debilitado por los años, pero el ánimo fortalecido por la prudencia; á los cuales porque eran conformes en la edad ó en el cargo, llamaban Padres. Despues cuando los Reyes, que al principio habían conservado la libertad y aumentado la República, se hicieron insolentes y tiranos, mudando de costumbre eligieron cada año dos Gobernadores, juzgando que así no darían lugar á nadie para ensoberbecerse.

***

Con-dere, fundar, dare dar.
Pro-fug-us, prófugo, fug-ere huir.

Agr-est-is, *-e*, agreste, ager, agr-i campo.
Dis-par, desemejante, par par-is.
Memorat-um, abl. -u, supino, de recuerdo.
Co-al-ui reunirse, crecer junto, co-al-escere, al-ere alimentar, ali-mentum, alu-mn-us alumno.
Poll-ēre, ser poderoso.
Fini-tum-us, fronterizo, fin-is fin.
Festin-are, apresurarse, fest-inus veloz.
Teg-ere, cubrir, tec-tum techo.
Pro-pellere, empujar adelante.
Val-idus, val-ere tener fuerza, valer.
Con-sulta-re, con-sul-ere, -tum mirar por.
Bin-i, *ae*, -a, de dos en dos.
In-sol-escere, in-sol-ens, sol-ere soler.

7

En este tiempo comenzó cada uno á señalarse y mostrar su ingenio; porque los Reyes tienen mayores sospechas de los hombres de bien, que de los ruines; y siempre temen las virtudes de otros.

